136

£250

10–11th Cent

12.5.0

Spanish Ms 10–11th Century (?)
"Isidorus"
Bought from Mr W. Voynich,
of London 1915.

I Summū bonū ds̄ est.
II De temporib'.
III De mundo.
IIII De malo.
V De angelis.
VI De homine.
VII De anima.
VIII De xpo.
VIIII De spū sc̄o.
X De sapientib' scl̄i.
XI De lege uitę qua itur ad xp̄m
XII De septē regulis sc̄ę scripturę
XIII De eccl̄a
XIIII De heresib'
XV De austerissimis

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER PRIMUS SCI YSIDORI QUI DICITUR SENTENTIARUM.

Summum bonū ds̄ ē. quia incō
mutabilis ē. & corrūpi omnino
ñ potest. Creata uō bonū. sed ñ
sūmū ē. qa mutabilis ē. Et dū
sit qdem bonū. ñ tam potest esse
sūmū. Quid ē di inmortalitas.
nisi ei' incōmutabilitas. Nā an
geli & animę inmortales sT. sed
inmutabiles ñ sT. Jdoq; sol' ds̄ dicit
inmortalis. qa solus incōmutabilis.
Nā aīa morit dū deserente dō de bono in malū mutatur.
Sic & angls̄ dū deserto dō ē lapsus. Quod matiā ht unde
existat. mutabile ē. qa de informi ad formā transit.
Quod u ñ ht matiā. inmutabile ē. sic ds̄ utiq; ē. Bene
ac substantialit sT ista in dō. incorruptio. inmortalitas.
incōmutabilitas. Un̄ & merito cunctę p̄ponit creaturę.
Opus ñ c̄siliū apud dm̄ mutari. nec uariari eū. qa p uaria
tpra. diuersa p̄cipit. Sed manens idem incōmutabi
lis & ætnus. qd cuiq; c̄gruū eēt tp̄ri. ab ipsa ætnitate in eius
mansit dispositione c̄silii. Nō usu nr̄o aliud dm̄ putari.

aliud pulchritudinē ei᷒: atq; aliud magnitudinē ipsius.
Sic aliud ē hō. aliud pulchritudo. q̄a desistente pulchri-
tudine: hō manet. Ac ꝑ hoc q̄ ita intelligit: dm̄ corpo-
reū esse credit. dū pulchritudo & magnitudo di: ipse
ds̄ sit. Ideo ds̄ dr̄ simplex. siue ñ amittendo qđ ht̄: seu
q̄a ñ aliud ē ipse. & aliud qđ in ipso ē. Inordinate dici.
seu ēferri uitiis: ea quę ordinate in dō st̄. Ut pote sim-
plicitas quę aliq̄ndo dr̄ ꝓ stultitia. & ñ ē. Apud dm̄ uero
sūma simplicitas ē. Juxta hanc regulā: & cętera existiman-
da st̄. Quod inmsus & omps sit ds̄. Nō ideo celū &
trā implet ds̄: ut ētineant eū. sed ut ipsa potius ētine-
ant ab eo. Nec particulati ds̄ implet omīa: sed cū sit
idem unus: ubiq; tam̄ ē tot᷒. Non ita putandus ē esse
in omib᷒ ds̄: ut unaqueq; res ꝓ magnitudine portio-
nis suę capiat eū. i. maxima maius. & minima minus. dū
sit potius & totus in omibus siue omnia in ipso. Omnipoten-
tia diuinę maiestatis: cuncta potestatis suę inmensitate
concludit: nec euadendi potentiam eius quis aditum in-
uenire poterit: quia ille omnia circumquaq; constringit.
Cuncta enim intra diuini iudicii potentiam coartantur.
Siue quę continenda sunt ut salua sint: siue quę am-
putanda sunt ut pereant. Nullatenus ergo: posse effugi
deum quempiam. Qui enim non habet placatum. ne-
quaquam euadet iratum. Inmensitas diuinę magnitu-
dinis ista est: ut intelligamus eum intra omnia: sed nō
inclusum. Extra omnia: sed non exclusum. Et ideo in-
terior est: ut omnia contineat. Ideo exterior est: ut in
circumscriptę magnitudinis suę inmensitate omnia con-
cludat. Per id ergo quod exterior est: ostenditur esse
creator. Per id uero quod interior: gubernare omnia
demonstratur. Ac ne ea quę creata sunt sine deo essent:
deus intra omnia est. Uerum ne extra deum essent: ds̄

ii. q̄ inmns & omps sit ds̄.

exterior eſt. ut omnia concludantur ab eo. De conſuma-
tione alicuius facti: dicatur perfectio. Deus autem qui nõ
eſt factus. quomodo eſt perfectus? Sed hunc ſermonem
de uſu noſtro ſumit humana inopia. ſicut & reliqua uerba.
quatinus id quod ineffabile eſt: utcumq; dici poſſit. qm̄
de deo nichil digne humanus ſermo dicit. Dum localis
non ſit deus: localiter tamen in ſuis ambulat ſanctis: dum
de loco in locū predicatur ab eis. Nam deus qui nec
loco mouetur nec tempore: in ſeruis tamen ſuis. & tem
pore & loco mouetur: quotiens ab eiſdem localiter pre
dicatur. Dum de deo nec ſecundum quantitatem. nec
ſecundum qualitatem. nec ſecundum ſitum. nec ſecun
dum habitum. aut motum. aliquid digne dicatur:
ineſt tamen ei & quodam modo latitudo caritatis:
qua nos & ab errore colligit. & continet in ueritate.
Ineſt ei & longitudo: qua nos longanimiter malos por
tat. donec emendatos patrię futurę reſtituat. Ineſt ei
& altitudo. per quam omnem ſenſum ſuę ſcientię inmen
ſitate exſuperat. Ineſt ei & profundum. quo dampnan
dos inferius iuxta ęquitatem diſponens preordinat.

Quod inuiſibilis ſit deus. Dum de deo loquens ſcriptu
ra plerumq; dicat. ecce deus: non quaſi uiſibilem oſten
dit. ſed ubiq; eſſe preſentem ſignificat. ꝑ id quod dicit
ecce dominus. uel quod magnitudinem diuinitatis eius
nullus poſſit ſenſus attingere: etiam nec angelicus. quam
uis uſq; ad parilitatem angelicam humana poſt reſurrec
tionem natura proficiat. & ſi ad contemplandum deum
indefeſſa conſurgat: uidere tamen eius eſſentiam plene
non ualet. quam nec ipſa perfectio angelica in totum at
tingit ſcire ſecundum apoſtolum qui ait. Pax domini
quę exſuperat omnem ſenſum. ut ſubaudias etiam an
gelorum. Sola enim trinitas: ſibi integre nota eſt. Et

humanitaſ a xp̄o ſuſcepta. quę tercia eſt in trinitate p̄
ſona. Intelligibiliter quodam miro modo. dei eſſentia
ſcirę poteſt dum eſſe creditur. Opuſ uero eiuſ quod
utiq; ęquari ei non poteſt. & iudicia. a nullo penituſ
ſciuntur. Dei ſecreta iudicia. non poſſe ſenſu penetra
ri uel angelico uel humano. Et ideo quia occulta ſed
iuſta ſunt. tantundem uenerari ea opuſ eſt & timere. nō
diſcutere aut inquirere. ſecundum apoſtolum qui ait.
Quiſ enim cognouit ſenſum domini. aut quiſ eiuſ conſili
ariuſ fuit. Quod ex pulchritudine creaturę. ag
noſcatur creator. Sepe ad incorporeā creatoriſ magnitudi
nē. creaturarum corporearum magnitudo componitur.
ut magna conſiderentur ex paruiſ. & ex uiſibilibuſ inui
ſibilia eſtimentur. atq; ex pulchritudine factorum. ef
fector operum agnoſcatur. Non tamen parilitate conſi
mili. ſed ex quadam ſubdita & creata ſpecie boni. Si
cut arſ in artificem retorquet laudem. ita rerum crea
tor per creaturam ſuam laudatur. Et quanto ſit ex
cellentior. ex ipſa operiſ conditione monſtratur. Ex
pulchritudine circumſcriptę creaturę. pulchritudinē
ſuam quę circumſcribi nequit. facit deuſ intelligi. ut
ipſiſ ueſtigiiſ reuertatur homo ad deum quibuſ auer
ſuſ eſt. Ut quia per amorem pulchritudiniſ creaturę. a
creatoriſ forma ſe abſtulit. rurſum per creaturę deco
rem. ad creatoriſ pulchritudinem reuertatur. Quibuſ
dam gradibuſ intelligentię. per creaturam progredi
tur homo ad intelligendum deum creatorem. Id eſt
ab inſenſibilibuſ ſurgenſ ad ſenſibilia. a ſenſibilibuſ ad
rationabilia. a rationabilibuſ ſurgenſ ad creatorem. In
telligibilia. per ſe conlaudant deum. Irrationabilia &
inſenſibilia. non per ſe ſed per noſ. dum ea conſiderantes
deum laudamuſ. Sed ideo dicuntur laudare ipſa. quia

eandem laudem earum parturit cauſa. Dixerunt antiqui. quod nichil tam ebeſ ſit: quod non ſenſum habeat in deum. Hinc eſt illud: quod ex ſilice duro ſcintilla excutitur. & ſi igniſ in ſaxo. utiq; ibi ſenſuſ ſentitur. Ubi ſe uita non ſentit:

Quod ex uſu nr̄o quedam ſpecieſ ad deum referantur.

Noſtro uſu dſ̄ zelare dicitur uel dolere. Horum enim motuum apud deum perturbatio nulla eſt: apud quem tranquillitaſ magna eſt. Non ita eſt precipitanda mentiſ ſūma
ſententia. ut credamuſ poſſe in deum furoriſ uel mutationiſ accedere perturbationem. Sed ipſam equitatem iuſtitię qua reoſ punit: iracundiam ſacra lectio nominauit. Quod iudicantiſ equuſ eſt furor: & indignatio patientiſ. Ita ergo intelligere opuſ eſt & aliaſ paſſioneſ: quaſ de affectione humana ducit ſcriptura ad deum. ut & iuxta ſe incommutabiliſ ſit credenduſ. & tamen pro cauſarum effectibūſ ut faciliuſ intelligatur: noſtrę eloquutioniſ. & mutabilitatiſ genere appelletur. cutio
Tam clementer deuſ humanę conſulit infirmitati: ut quia eum ſicut eſt non poſſumuſ agnoſcere. noſtrę locutioniſ more ſe ipſum nobiſ inſinuet. Unde & membrorum noſtrorum habere ſimilitudinem ſcribitur. & paſſionum indigna dici de ſe uoluit: quatinuſ ad ſua per noſtra traheret noſ. Et dum condeſcendit nobiſ: conſurgeremuſ ei. Multiſ modiſ deuſ ad ſignificandum ſe hominibuſ: de inferioribuſ rebuſ ſpecieſ ad ſe trahit. qūe reuera iuxta propriam ſubſtantiam inuiſibilem eſſe & incorporeum cōſtat. Plerumq; de corporibuſ ad deū ſumuntur qualitatum ſpecieſ: quę tamen in deo non ſunt. Quia in propria natura incorporeuſ eſt. & incircumſcriptuſ: ſed per efficientiaſ cauſarum. rerum in ipſo ſpecieſ ſcribuntur. non ſecundum eſſentiam: ſed ſecūdū

Min. Regre. i. fine. ~~similitudinem species ducuntur ad deum~~. Neq; pro
substantię proprietate: sed pro efficientiis causarum.
Unde & apparuisse hominibus non legitur: nisi per assūp
tam creaturarum speciem. Falluntur quidam stultorum:
dum legunt ad imaginem dei factum esse hominem.
arbitrantes deum esse corporeum: dum non caro quod
est corpus. sed anima quod est spiritus: dei imaginē
habeat. Non ergo esse corporis formam in deo: qui ho
minem ad imaginem suam fecit. quia mentem non
carnem ad similitudinem suam creauit. Cogita igitur
quale corpus habeat ueritas. & dum non inueneris:
ii. de tpibz. hoc est deus. Quod deo nulla temporum successio as
scribatur. Omnia tempora precedit diuina ęternitas:
nec in deo preteritum. presens. futurum ue aliquid cre
ditur: sed omnia in eo presentia dicuntur. quia in ęter
nitate sua cuncta complectitur. Alioquin mutabilis
est deus credendus. si ei successiones temporum asscri
buntur.

Si semper aliqua essent cum deo tempora. non esset
tempus: sed esset ęternitas. Nec mutarentur tem
pora sed starent. Presens. preteritum & futurum tēpus:
nostrum est habere non dei. Uerbi causa. Dicimus pro
presente teneo codicem! Pro preterito tenui! Pro futu
ro tenebo. Uniuersitatem uero deus tenet. Et pro tenu
it. & tenebit. tenet dicitur. Nullum spacium corporalit
habent tempora: quia ante abscedunt pene quam ue
niant. Ideoq; in rebus nullus status est temporum: quia
celeri creaturę motu mutantur. Omni anno unum tem
pus est. Nec unus annus: unum tempus est. Nec unus
mensis: unum tempus est. Nec dies nec hora. Quia dū
hęc omnia particulis accedunt suis & decedunt: quo
modo unum dicendum est. quod simul non est: Utrū

ſit preteritum. futurum ue tempuſ. ſicut preſenſ. Et ſi
eſt. ſcire oportet ubi eſt. Sed aduerte quod cuncta
& futura. & preterita. & preſentia. in animo ſunt po
tiuſ requirenda. Tria iſta preterita. preſentia & futu
ra. in animo ſunt tantum inueniri. Preterita reminiſ
cendo. preſentia intuendo. futura expectando. Spera
muſ igitur aduenientia. intuemur preſentia. recolimus
tranſeuntia. Hec non ita in deo ſunt. cui ſimul omnia aſſunt.
Sed nec ipſorum angelorum naturę decessio acceſſio
ue ~~non~~ eſt temporum. Nam duaſ eſſe in creaturiſ reſ
quibuſ uiciſſitudo temporum non ualet. angeliſ ſcilicet.
propter quod incommutabili inherent creatori. Si
ue materię illiuſ informi. priuſ quam ex ea omnia
iſta quę temporaliter iam uoluuntur formarentur.
Nec ipſi utiq; ualebat tempuſ. temporabuſ non ad eaſ
creaturaſ quę ſupra cęloſ ſunt. ſed ad eaſ quę ſub cęlo
ſunt tempora pertinere. Non enim angeliſ accedunt
tempora uel ſuccedunt. ſed nobiſ qui ſub cęlo uerſamur
in hoc infimo mundo. Nulla ante principium mundi De temporib;
fuiſſe tempora. Quia dum ſit ipſum tempuſ creatura.
in principio tamen mundi factum eſſe credendum eſt.
Ideo ergo principium dicitur. quod ex ipſo cępit rerum
uniuerſarum exordium.

III. De mundo.

Munduſ ex rebuſ uiſibilibuſ. ſed tamen inueſtigabi
libuſ conſtat. Homo autem ex rerum diuerſita
te compoſituſ. alter in breui quodam modo creatuſ eſt
munduſ. Ratio mundi. de uno conſideranda eſt homi
ne. Nam ſicut dimenſione ętatum ad fineſ homo uerti
tur. ita & munduſ per hoc quod diſtenditur tempore.
deficit. Quia unde homo atq; munduſ creſcere uiden
tur. inde uterq; minuitur. Fruſtra dicitur per tanta re
tro tempora deo uacanti. noua pro mundo faciendo or

ta fuiſſe cogitatio: quando in ſuo æterno maneret conſi
lio huiuſ mundi conſtructio. Nec tempuſ ante prin
cipium: ſed æternitaſ fuerit. Tempuſ uero a ſubſtituti
one creaturę: non creatura cepit a tempore. Quidam
aiunt. quid faciebat deuſ ante quam celum faceret?
Cur noua uoluntaſ in deum. ut mundum conderet or
ta eſt? Sed noua uoluntaſ in deum exorta non eſt:
quia & ſi in ſe munduſ iam non erat: in æterna tamen
ratione & conſilio: ſemper erat. Dicunt quidam. quid
ſubito uoluit deuſ facere mundum quem ante non fe
cit? Uoluntatem dei immutari arbitranteſ. qui aliquan
do uoluit quod aliquando non uoluit. Quibuſ reſpon
dendum eſt. Uoluntaſ dei: deuſ eſt. Quia non ipſe ali
ud eſt aliud uoluntaſ eiuſ. Sed hoc eſt illi uelle: quod
ipſe eſt. Et quod ipſe eſt: utiq; æternū & incommutabi
le eſt. Hoc eſt ergo uoluntaſ eiuſ. Materieſ ex qua for
matuſ eſt munduſ: origine non tempore: reſ baſ ē fec
taſ preceſſit. Ut ſonuſ cantū . Prior enim eſt ſonuſ:
quam cantuſ. Quia ſuauitaſ cantilenę: ad ſonum uo
ciſ. non ſonuſ pertinet ad ſuauitatem. Ac per hoc: utrū
q; ſimul ſunt. Sed ille ad quem pertinet cantuſ prior
eſt: id eſt ſonuſ. Materia ex qua cælum & terra for
mata eſt. ideo informiſ uocata eſt: quia nondum ex ea
formata erant. quę formari reſtabant. Uerū in ipſa
materia ex nichilo facta erat. Aliud eſt aliquid fieri
poſſe. aliud fieri neceſſe ēē. fieri neceſſe eſt: quod dſ
naturiſ inſeruit. fieri autem poſſe eſt. quod extra cur
ſum eſt indi tum naturarum creator ut faceret. qn
cūq; uoluit reſeruauit. Non ex hoc ſubſtantiam ha
bere credendę ſunt tenebrę: quia dicit dn̄ſ per pro
phetam. Ego dominuſ formanſ lucem: & creanſ tene
braſ. Sed quia angelica natura quę non eſt preuaricata.

lux dicitur. Jlla autem quę preuaricata eſt: tenebrarū
nomine nuncupatur. Unde & in principio. lux a tene
briſ diiudicatur. Sed quia & hoſ & illoſ deuſ creauit: in
de formanſ lucem & creanſ tenebraſ. Uerumtamen bo
noſ angeloſ non tantum creanſ: ſed etiam formanſ. Ma
loſ uero creanſ tantum non formanſ. Hoc & de homi
nibuſ boniſ. maliſq; accipiendum eſt. Poſt annumera
tam celi terreq; creaturam. ideo nominatur in geneſi ſpirituſ
ſanctuſ: ut quia ſuperferri eum dici oportebat. ante
illa nominaretur: quorum creator ſpirituſ ſanctuſ
ſuperferri diceretur. Quod apoſtoluſ indicat: dum
ſupereminentem uiam caritatiſ demonſtrat. Jdeo ſu
perferri aquiſ ſanctuſ dicitur ſpirituſ: quia donum eſt
dei. in quo ſubſiſtenteſ requieſcimuſ. atq; protegendo
noſ: ſuperfertur nobiſ. Unaqueq; natura: ſuo ponde
re nititur. Jgniſ autem & oleum merito ſuperiora ſemꝑ
appetunt: quia per ipſorum figuram. ſuperferri uniuer
ſę creaturę ſpirituſ ſanctuſ auertitur uel probatur.
Dieſ prior factuſ: angeli ſunt. Quorum propter u
nitatem inſinuandam: non dieſ primuſ. ſed dieſ dic
tuſ eſt unuſ. & idcirco ipſe repetitur ſemper in exe
cutione creaturę. Qui dieſ hoc eſt natura angelo
rum quando creaturam ipſam contemplabatur: quo
dam modo ueſperaſcebat. Non autem permanen
do in eiuſ creaturę contuitu: ſed laudem eiuſ ad
dominum referenſ. eamq; meliuſ in diuina ratio
ne conſpicienſ: continuo mane fiebat. Si uero per
maneret neglecto creatore. in creaturę aſpectu: iam
non ueſpera ſed nox utiq; fieret. Dum ſe creatura me
liuſ in deum quam in ſe ipſam nouerit: ipſa ſui cog
nitio quę maior in deo eſt: dieſ et lux dicitur. Cogni
tio uero ſua in ſe ipſa ad compenſationem cognitioniſ

illius quę est in deo: quia longe inferior est: uespa nominatur. Ideoq; post uesperam mane fiebat: quia ad suam in se cognitionem dum sibi satisfacere non agnosceret: ut se plenius nosse potuisset: ad deum se referebat creatura. in quo se dies agnoscendo melius fieret. Non quemadmodum nos transitorie dicimus. fiat aliquid: sic deus dixit fiat cęlum in principio. Illud enim sempiterne in uerbo unico dictum est. Si transitorie dictum est a deo fiat: erat utiq; & creatura aliqua unde iam talis fieret uox. Sed quia ante quam diceret fiat. nulla extitit creatura: ipsũ fiat quod dictum est in ęternitate uerbi. non uocis sono enuntiatum est. Non septies a deo uisa. septiesq; laudata est creatura. quę ante quam fieret: perfecte ab illo est uisa. Sed dum nos singula uidentes laudamus: tamquam ipse uideat. laudetq; per nos. Sicut illud. Non estis uos qui loquimini: sed spiritus patris uestri. Proinde sicut ipse per nos loquitur: ita uidet et laudat per nos. Sed per se perhenniter ac sempiterne uidet: per nos uero temporaliter. Attende uniuersaliter creaturam: in principio ualde bonã uocari. Singulariter uero tantum bonam. Quia membra corporis cũ sint singula bona: maius tamen bonum faciunt. dum singula omnia ualde bonum corpus efficiunt. Decor helementorum omnium: in pulchro et apto consistit. Sed pulchrum esse quod per se ipsum pulchrum. Ut homo ex anima & membris omnibus constans. Aptum uero esse: ut uestimentum. ut uictum. Ideoq; hominem dici pulchrum ad se. quia non uestimento & uictui est homo necessarius: sed ista homini. Ideo autem illa apta: quia non sibi sicut homo pulchra. aut[illegible] ad se. sed ad

aliud id est ad hominem accõmodata. non sibimet necessaria. Hoc & de ceteris elementorum naturis dicendum est. Cuncta que sunt & facta sunt. mira ualde sunt: sed consuetudine uiluerunt. Ideoq; sic diuina scrutare opera: ut semper ea cogites inmensa. fecit enim deus omnia ualde bona. Nichil ergo natura malum. quando et ipsa que in creaturis uidentur esse penalia: si bene utantur. & bona & prospera sunt. Si male utantur: noceant. Ita ergo pensanda est creatura ex nostro usu non bona. Nam ex sua natura ualde bona. IIII. unde malũ.

Malum a diabolo non est creatum: sed inuentum. Et ideo nichil est malum: quia sine deo factum est nichil. Deus autem malum non fecit. Non quia alicubi. aut aliquando erat malum: unde fieret diabolus malus. Sed quia uicium est: dum esset angelus bonus. superbiendo effectus est malus. Et ideo recte dicitur. ab eo inuentum esse malum. Nullam esse naturam mali. Quia natura omnis. aut incõmutabilis ut deus est: aut cõmutabilis ut creatura est. Malum uero ideo natura nulla est: quia accedendo in bonam naturam. efficit eam uiciosam. Quod cum discedit: natura manet. Et malũ quod inerat: nusquam est. Ex eo quod uicium nocet nature: agnoscitur uicium natura non esse. quia nichil quod naturale est nocet. Dum natura dampnatur bona propter uoluntatem malam. ipsa mala uoluntas: testis est nature bone. que in tanto testatur eam esse bonam. ut illam deus pro malo non relinquat inultam. Creditur ab hereticis. mentem a deo: uicia a diabolo fuisse creata. Inde et ab ipsis: due nature bona et mala putantur. Sed uicia: natura non sunt. Et dum uere a diabolo sint: non tamen creati sunt. Quam ob causam permiserit deus mali oboriri statum: nisi ut ex contrariis malis bone nature decor emineret. Modus iste etiam in uerbis esse comperitur. qui modus antitheta dicitur. Quod latine obpositum uel contrapositum nominatur. Et fit pulchra

locutio. quando mox contraria proſperiſ proferuntur.
Ita & in rebuſ permixtum eſt malum. ut nature bonum.
ad comparationem excelleret mali. Si radaſ ſupercilium
hominiſ. paruam rem demiſ. ſed totiuſ corporiſ feditatē
ingeriſ. Ita et in uniuerſitate creature ſi extremum uer
miculum natura malum dixeriſ. uniuerſe creature iniu
riam faciſ. Cuncta mala per peccatum primi hominiſ. pro
poena ſunt tranſlata in uniuerſum genuſ humanum. Pro
inde quecumq; uidentur mala. partim nobiſ ſeuiunt ori
gine. partim culpa. Mala dicunt multa in creaturiſ per
uerſi. ut ignem quia urit. Ut ferrum quia occidit. Ut fe
ram quia mordet. Sed commoda eorum non intendenſ
homo. accuſat in illiſ que ſibi debet potiuſ imputare.
Cuiuſq; pro peccato iſta effecta ſunt noxia. que illi om
ni ex parte fuerant ante peccatum ſubiecta. Noſtro uicio
non ſua natura nobiſ mala ſunt. ea que nobiſ nocent.
Nam lux dum ſit bona. infirmiſ oculiſ noxia eſt. Et tūc
oculorum uicium non luciſ eſt. Sic & cetera. Cum crea
turarum ſtimuliſ. & elementorum aduerſitatibuſ homo
uerberatur. ut deo ſuperbienſ homo. ea que infra ipſum
ſunt patiatur aduerſa. Unde & in ſapientia legitur.
pugnabit cū eo orbiſ terrarum. contra inſenſatoſ. Merito
ergo peccatorum hoc actum eſt. ut naturaliter proſpera
mutentur homini in aduerſiſ. Unde & ſalomon. Crea
tura exardeſcit in tormentum aduerſuſ iniuſtoſ. Et leni
or eſt ad benefaciendum. hiſ qui in deo confidunt. Non
erit caro ſubiecta anime. nec uicia rationi. ſi animuſ
non eſt ſubdituſ conditori. Tunc autem recte ſubiciuntur
nobiſ omnia que ſub nos ſunt. ſi nos ſubicimur ei a quo
nobiſ illa ſubiecta ſunt. Nam & que uidentur ſubiecta ei
qui deo ſubiectuſ non eſt. ille potiuſ ſubicitur ei qui ſuam
uoluntatē ſubiugat amori eorū que ſibi ſubiecta exiſtimat.

peccati hoc exi
gere penam

Angelorum nomen: officii eſt non naturę. ·x· de angliſ.
Nam ſecundum naturam: ſpirituſ
nuncupantur. Quando enim de cęliſ ad annuntian
dum hominibuſ mittuntur: ex ipſa annuntiatione
angeli nominantur. Natura enim: ſpirituſ ſunt.
Tunc angeli uocantur: quando mittuntur. Natura
angelorum mutabiliſ eſt. quia ineſt illiſ mutabilitaſ
in natura: ſed fecit eoſ incorruptoſ caritaſ ſempit̄na.
Gracia non natura: eſſe incommutabileſ angeloſ. Nā
ſi natura incommutabileſ eſſent: diaboluſ non utiq; ce
cidiſſet. Mutabilitatem itaq; naturę ſuffragat in illiſ cō
templatio creatoriſ. Inde & priuatuſ eſt apoſtata ange
luſ: dum fortitudinem ſuam non a deo ſed a ſe uoluit
cuſtodiri. Ante omnem creaturam angeli facti ſunt:
dum dictum eſt. fiat lux. De ipſiſ enim dicit ſcriptu
ra. fiat lux. Et iterum. Prior omnium creata eſt ſa
pientia. Lux enim dicuntur: participando luci ęter
nę. Sapientia uero dicuntur: ingenitę inherendo ſa
pientię. Et dum ſint mutabileſ natura: non tamen ſi
nit eoſ contemplatio mutari diuina. Ante omnem
creationem mundi: creati ſunt angeli. Et ante om
nem creationem angelorum: diaboluſ condituſ eſt.
Sicut ſcriptum eſt. Ipſe eſt principium uiarum dei.
Unde & ad comparationem angelorum: arcangeluſ
appellatur. Priuſ enim creatuſ. extitit ordiniſ prela
tione: non temporiſ quantitate. Primatum habuiſſe
inter archangeloſ diabolum: ex qua fiducia cecidit.
ita ut ſine reparatione laberetur. Cuiuſ prelationiſ
excellentiam: propheta hiſ uerbiſ annuntiat. Cedri
non fuerunt altioreſ illo in paradiſo dei. Abieteſ non
adęquauerunt ſummitatem illiuſ. Omne lignū paradiſi.

non eſt aſſimilatum illi. qm̄ ſpecioſiorem fecit eum ds̄.
Diſtat conditio angelica :· a conditione hominiſ. Homo
enim :· ad dei ſimilitudinem condituſ eſt. Archangeluſ
uero qui lapſuſ eſt :· ſignaculum dei ſimilitudiniſ dictus
eſt :· hezechiel propheta teſtante. Tu cherub ſignacu
lum dei ſimilitudiniſ. plenuſ ſapientia. perfectuſ de
core. in deliciiſ paradiſi dei fuiſti. Quanto enim ſub
tilior eſt eiuſ natura :· tanto pleniuſ extitit ad ſimili
tudinem diuinę ueritatiſ expreſſa. Priuſ de celo ceci
diſſe diabolum :· quam homo conderetur. Nam mox
ut factuſ eſt :· in ſuperbiam erupit. et precipitatuſ eſt
de celo. Nam iuxta ueritatiſ teſtimonium :· ab initio
mendax fuit. & in ueritate non ſtetit. quia ſtatim
ut factuſ eſt cecidit. fuit quidem in ueritate conditus :·
ſed non ſtando. confeſtim a ueritate eſt lapſuſ. Uno
ſuperbię lapſu dum deo per tumorem ſe conferunt :·
& homo cecidit & diaboluſ. Sed homo reuerſuſ ad
poenitentiam :· deo ſe inferiorem eſſe cognoſcit. Diabo
luſ uero non ſolum in hoc non contentuſ quod ſe
deo ęqualem exiſtimanſ cecidit :· inſuper etiam ſu
periorem deo ſe dicit. Secundum apoſtolicum dictū.
qui ait de antixpiſto. Qui aduerſatur & extollitur
ſupra omne quod dicitur deuſ. aut quod colitur. Dia
boluſ ideo iam non petit ueniam :· quia non compun
gitur ad poenitentiam. Membra uero eiuſ. ſepe ꝑ
ypochriſin deprecantur. Quod tamen pro mala
conſcientia adipiſci non merentur. Diſcat humana.
miſeria quod ea cauſa citiuſ prouocetur deuſ preſ
tare ueniam. dum infirmo compatitur homini :·
quia ipſe homo traxit ex parte inferiori infirmi
tatem peccandi. hoc eſt ex carne qua incluſa ani

ma detinetur. Apoſtatę angeli ideo ueniam non
habent. quia carnaliſ fragilitatiſ nulla infirmitate
grauati ſunt. ut peccarent. Homineſ autem poſt
peccatum idcirco reuertuntur ad ueniam. propter
quod ex lutea materia ponduſ traxerunt infir
mitatiſ. Ideoq; pro infirma carniſ conditione. redi
tuſ patet homini ad ſalutem. Sicut et pſalmuſ dic.
Ipſe ſcit figmentum noſtrum. Memento dn̄e quod
terra ſumuſ. Et iterum. Memorare inquit que ſit
mea ſubſtantia. Poſtquam apoſtatę angeli ceciderunt.
reliqui perſeuerantia ęternę beatitudiniſ ſolidati
ſunt. Unde & poſt celi creationem. in principio re
petitur. fiat firmamentum. Et uocatum eſt firma
mentum cęlum. Nimirum oſtendenſ. quod poſt
angelorum ruinam hi qui perſeuerauerunt. fir
mitatem meruerunt ęternę perſeuerantię. & bea
titudiniſ quam antea minuſ acceperant. Poſt dia
boli deiectionem. angelorum ſanctorum collatam
ſcitatiſ perſeuerantiam. & beatitudinem quam minus
acceperant. Unde oportet agnoſci quod malorū
iniquitaſ. ſanctorum ſeruiat utilitati. Quia
unde mali corruunt. inde boni proficiunt. Bono
rum angelorum numeruſ qui poſt ruinam ange
lorum malorum eſt diminutuſ. ex numero elec
torum hom̄ eſt ſupplenduſ. Qui numeruſ. ſoli deo eſt
cognituſ. Preuaricatoreſ angeli etiam ſanctitate
amiſſa. non tamen amiſerunt uiuacem creaturę
angelicę ſenſum. Triplici enim modo preſcientię ui
gent acumine. Ideſt ſubtilitate naturę. Experientia
temporum. Reuelatione ſupernarum poteſtatum.
Angeli corpora in quę hominibuſ apparent. de ſu

perno aere ſumunt. ſolidamq; ſpeciem ex cęleſti elemento induunt. per quam humanis obtutibus manifeſtius demonſtrentur. Inter angelos diſtantia poteſtatum eſt. & pro graduum dignitate. miniſteria eiſdem ſunt diſtributa. Aliiſq; alii preferuntur. tam culmine poteſtatis. quã etiam ſcientia uirtutis. Subminiſtrant igitur alii aliorum preceptis atq; obediunt iuſſis. Unde & ad prophetam zachariam angelus angelum mittit. & quęcumq; annuntiare debeat precipit. Nouem eſſe diſtinctiones uel ordines angelorum sacrę ſcripturę teſtantur. Id eſt angeli. archangeli. throni. dominationes. uirtutes. principatus. poteſtates. cherubim. & ſeraphym. Horum ordinum numerum etiam ezechihel propheta deſcribit. ſub totidem nominibus lapidum cum de primatu apoſtatę angeli loquitur. Omnis inquit lapis precioſus operimentum tuum. Sardius. & topazius. & iaſpis. griſolitus. & onix. et berillus. Saphirus. carbunculus. & zmaragdus. Quo numero lapidum. ipſi ordines deſignati ſunt angelorum. quos apoſtata angelus ante lapſum quaſi in ueſtimentum ornamenti ſui affixos habuit. Ad quorum comparationem dum ſe clariorem cunctis aſpexit. confeſtim intumuit. et cor ſuũ ad ſuperbiam eleuauit. Quotiens deus quocumq; flagello huic mundo iraſcitur. ad miniſteriũ uindictę (apoſtatę) angeli mittuntur. Qui tamen diuina poteſtate cohercentur. ne tantum noceant quantum cupiunt. Boni autem angeli. ad miniſterium ſalutis humanę deputati ſunt. ut curas adminiſtrent mũ

di & regant omnia iussu dei. Testante aptō. Nōne
omnes inquit sunt administratorii spc̄ in ministe
riū missi. propter eos qui hereditatē capiūt salutis.
Singulę gentes prepositos angelos habere creduntur.
Quod ostenditur testimonio angeli danihelī loquen
tis. Ego inquit ueni. ut nuntiarem tibi. Sed princeps
regni persarū restitit michi. Et post alia. Non ē q̄ me
adiuuet nisi michahel princeps uest̄. Itē omīs homines
angelos habere ꝓbantur. Loquente dn̄o in euangelio.
Amen dico uobis. quia angeli eorū sēp uident faciem
patris mei qui in cęlis est. Unde & petrus in actib9 aptō
rū cū pulsaret ianuam. dixer̄t intus apłi. Non ē ipse
sed angelus eius est. Angłi in uerbo dei cognoscunt
omnia. ante quam in re fiant. Et quę apud homi
nes adhuc futura sunt. angeli iam reuelante deo no
uerunt. Si dm̄ angłi contuentur & uident. cur pe
trus apłs dicit. In quē desiderant angłi dei conspice
re. Itē si eū non contuentur nec uident. quomodo
iuxta sententiā dn̄i angłi eorū semꝑ uident faciem
patris qui est in celis. Sed bene utrūq; est. Nam
ueraciter credimus quod deum angłi uident. & ui
dere desiderant. & habent. & habere festinant. Et
amant & amare nituntur. Si enī sic uidere desiderāt
ut effectum desiderii non ꝑfruantur. desiderium
hoc necessitatē habet. Necessitas ista poenalis est. & be
atis angłis omīs poena longę est. quia nūquā simul
poena & beatitudo conueniunt. Si eos rursū dicim9
dei uisione satiari. satietas fastidiū habere solet. Et sciam illō di uisione
fastidire non posse. Quid ergo est nisi ut miro modo q̄ et desiderāt
simul utrūq; credamus. quia & desiderant sine labo
re. & saciantur sine fastidio. Ne enī sit in desiderio

necessitas: desiderantes saciantur. Et iterũ ne sit in sacie
tate fastidiũ: saciati desiderant. Uident ergo angeli
faciem patris per sacietatẽ. Sed quia sacietas ista fasti
diũ nescit: angeli desiderant in eo perspicere semper.
Angeli semp̄ in deo gaudent: nõ in se. Malus uero in
de est diabolus: quia non quę dei. sed quę sua sunt
requisiuit. Nulla aũt maior iniquitas quam non in
deũ: sed in se quẽpiã uelle gloriari. Ubicũq; in scrip
turis scĩs pro dõ angelus ponitur: non pat̃ non sp̃c scs̃.
sed pro incarnationẽs dispensatione: solus filius intel
ligitur. Ante dñicę incarnationis aduentũ: discor
dia int̃ homines & angelos fuit. Ueniens aũt xp̄c:
pacẽ in se & angl̃is fecit & hominibus. Eo quippe na
to clamauerunt angl̃i in terra. pax hominib; bonę
uolũtatis. Per incarnationẽ igitur xp̄i non solum deo
reconciliatus est homo: uerũ etiã pax inter homi
nes & angelos reformata est. Discordia igitur ante
aduentũ xp̄i hominũ & angelorũ fuisse: p̄ id maxi
me agnoscitur. quod salutati in ueteri testam̃to ab
hominib; angl̃i: despiciunt re salutari ab eis. quod
in nouo testam̃to a iohanne factũ. non solũ reuerent̃
angl̃s suscipit: uerũ etiã ne faciat int̃dicit. Ob hoc
homo in ueteri testam̃to despicitur. nec re salutatur
ab angelo. eo quod homo adhuc nondũ transisset in
deũ. Suscipitur aũt homo a deo: & reuerent̃ saluta
tur ab angelo. Nam & mariam angelus gabrihel le
gitur salutasse. Et iohi anglm salutanti ab eodẽ
anglo: dicitur. Uide ne feceris. Conseruus enĩ tuus
sũ & fratrũ tuorum. Per quod agnoscitur per incar
nationem dominicam: pacem hominibus fuisse et
angelis redditam. XI. De homine

Omnia sub celo propter hominem facta sunt. Homo autem propter semet ipsum. Inde et omnia per figuram ad eius similitudinem referuntur. Communia homini omnia naturalia esse cum omnibus rebus que constant. et in homine omnia continere. atque in eo omnium rerum naturam consistere. Uniuersitatis creature homo magna quedam portio est. tantoque gradu est ceteris excellentior: quanto imagini diuine uicinior. Quantum ceteris creaturis prestet homo dignitate uirtutis: ex ipsa reuerentia discitur creationis. dum omnia dixit deus fiant. et facta sunt. Creare uero hominem: quadam eterni consilii deliberatione uoluerit dicens. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Quia enim boni sumus naturaliter conditi: culpe quodam modo merito contra naturam sumus effecti. Sicut presciuit deus hominem peccatorem: ita et presciuit qualiter illum per suam gratiam repararet. qui suo arbitrio deperire potuisset. Originaliter adam et eua simul creati sunt. Specialiter uero prius adam postea mulier de latere uiri formata est. Unde et illi lege nature subiecta est. Item uir propter semet ipsum factus est: Mulier ob adiutorium uiri creata est. Homo propter peccatum tunc traditus est diabolo: quando audiuit. Terra es et in terram ibis. Tunc enim dictum est diabolo. Terram manducabis. Unde et propheta ait serpenti. Puluis panis eius. Serpens enim diabolus. puluis impii. Et ipsi sunt cibus diaboli. Quia praua uoluntate ad ima collabimur: recte ad bene agendum cum labore consurgimus. Quod non ita esset si delectatio primorum flagitiosorum hominum non persuasisset. quibus ad beneuiuendum tantum uelle sufficeret. et sine difficultate statim actio obtemperaret. Diuisio et pugna

Pariter quidem creati sunt quantum ad tempus ordine non pariter ad potentiam dignitatem. Uir ad imaginem dei factus est. mulier ad imaginem uiri formata est.

ut ſit in hominiſ animo. poena peccati eſt. Ex pri
mo homine in omneſ eiuſ filioſ propagata. ut qui
noluit cū dō eſſe unituſ. eſſet in ſemet ipſo diuiſuſ.
Et qui imperanti dn̄o noluit eſſe ſubiectuſ. fieret
ſibimet ipſi rebelliſ. atq; contrariuſ. Unde nec ſibi
poterit ſubiugari. ſi priuſ deo non fuerit ſubiuga
tuſ. Sibiq; ſeruiet nolenſ. qui deo noluit uolenſ.
Quā uarie per diuerſa humanū defluxerit genuſ.
dū ſe ab una ſtabili ſempq; manente diuinitatiſ ſo
liditate ſubtraxerit. nam dū opuſ quodlibenſ ap
petit. quia ſi ut ibi iam requiem mentiſ infigat.
dum ei non ſufficit. mutata intentione ad aliaſ
atq; aliaſ ſeſe actioneſ conuertit. & dū per diuer
ſa requiem ſolidam querit nec inuenit. in labore
miſer & uarietate uiuit. & uacuuſ a requie manet.
Quamuiſ eadem mutabilitaſ non ſit homini con
creata. ſed pro merito prime preuaricationiſ illi
acceſſerit. iam tam̄ naturaliſ facta eſt. quia origi
nalit̄ a primo homine ſicut & morſ in omneſ ho
mineſ tranſiit. XII. De anima ceteriſq; ſenſibuſ.

Vita corporiſ. anima. Uita anime. dſ eſt.
Et ſicut corpuſ mortuū eſt ſine anima. ita
anima ſine deo. Anima hominiſ non eſt
homo. Sed corpuſ quod ex humo factū eſt. id tan
tū homo eſt. Inhabitando aūt in corpore anima.
ex ipſo participio carniſ. hominiſ nom̄ accepit. Sicut
& apl̄ſ interiore hominē dicit animā non carne
conditam eſſe ad dei imaginē. Male ergo a qui
buſdam creditur anima hominiſ eſſe corporea.
Que ꝓpt̄ id ad dei imaginē facta eſt. ut ſi non in
cōmutabiliſ ut dſ eſſet. tamen incorporea ut dſ

exſterit. Sic angli ita ⁊ aīę. habēt enī initiū. finē nullū.
Nā quedam in reb; tpalia ſt. q̄dam ppetua. q̄dā uero
ſempiterna. Temporalia ſunt quibus
ineſt ortuſ ⁊ obituſ. Perpetua: quib' ort'
non terminuſ. Sempiterna: quib' nec ort' nec ter
minuſ. Animā non eſſe partē diuinę ſubſtantię
uel naturę. Nec eſſe eam priuſ quam corpori miſ
ceatur. ſed tunc eā creari quando ⁊ corpuſ creat'.
cui admiſceri uidetur. filoſophorū ſententię dicit
eſſe animā: priuſ quam naſcatur in corpore. quod
uerū eſſe nulliſ approbatur indiciiſ. Nam utrū
antea fuiſſemuſ. nec ipſi nouimuſ. nec quiſ homi
nū dicat habemuſ. Non eſt ergo querendū. Gen
tileſ ⁊ heretici de anima diſputare conantur. ſed
quomodo de illa aliquid recte ſentire poſſunt.
qui auctorem ad cuiuſ imaginē facta eſt non noue
runt. Et ideo multa errore digna dixerūt. Muta
biliſ eſt anima. non localit̄ ſed temporalit̄ ſuiſ affec
tionibuſ. Corpuſ aūt ⁊ loco ⁊ tempore mutabile.
Quia ⁊ tēpore mutatur. ⁊ uariatur loco. Quod
eſt ad corpuſ mutatio locorū. hoc eſt ad animū
mutabilitaſ cogitationū. Quę uarietaſ male mu
tationiſ tunc menti inheſit. quando ab ęternorū
contemplatione primuſ homo recedenſ. in illo
ſtare noluit a quo male receſſit. Et iuxta damp
nationem inconſtanſ ꝑ rerū raptuſ uarietatem de
fluxit. Multū ex ſua natura ſplendorē poſſidet
anima. Sed fuſcatur cōmixtione carniſ qua reti
netur incluſa. Ex eiuſ enī parte uertitur ad pec
candi infirmitatē. Salomone dicente. Corpuſ cor
ruptibile adgrauat animā. Et deprimit terrena
inhabitatio ſenſū multa cogitantem. ꝑ ſenſuſ carniſ.

morbus irrepit mti. Unde & p propham dns dicit.
Oms cogitationes regni ab aquilone uenient. & ponet
unusquisq; soliū suū in introitu portarū hierusalem.
Regnū aquilonis uitia sunt. quę sedes suas in portis
ponunt. Quia p sensus carnis labem animę ingerunt.
Ideoq; in ipsis portis idest in ipsis sensibus regnant.
Neq; enī aliunde peccamus. nisi uidendo. audiendo.
attrectando. gustando atq; tangendo. Unde & ali-
bi dicitur. Intrauit mors per fenestras uestras. Et alibi.
Extranei ingrediebantur p portas eius. & super hieru-
salem mittebant sortē. Extraneos inmundos esse
spc. qui tāquam per portas ita per sensus carnis ani-
mam irrepunt. non uirtute. non sensu corporis. sed
ratione mentis excellimus animalibus cęteris. Pro
rebus corporis reis utendis. sufficit sensus carnis. non pro
spiritalibus capiendis. Inliciti aūt homines usu cor-
porearū rerū nil putant aliī esse. nisi pret quę car-
nis sensu conspiciunt. Sicut precellunt sibi corpo-
rei sensus diuersitate locorū. ita sibimet uirtute
sentiendi precellunt. Nam p̄stantior est odoratus sa-
pori. & positione loci. & sentiendi longinquitate. Sic
aures odoratui. Longius enī audimus quā odoramus.
Sic oculi auribus. Longius enī uidemus quā audimus.
Animus aūt & loco & merito his uniuersis sensibus supfert.
In arce enī capitis cōstitutus. quod ille corporalit n̄
attingit. iste intellectualit. contuetur. Amplius
excellit oculorū sensus cęteris sensibus. Quandoqde
quę ad alios ptinēt sensus. uide dicamus. Ueluti
cū dicimus. Uide quomodo sapit. Sic & cętera.
Quēadmodū oculus. ita & animus cetera uidet. sese
nō intuetur. aliarū origines rerū. species & magni-

tudines pspicit. De se aūt tanta ueri ignorantia inficitur: ut in his omnibus nichil certius contēpletur.
O homo quid miraris syderū altitudinē. & maris profunditatē: Animi tui abyssū intra. & mirare si potes; multa cogitantē. Sine sensu carnis & sine imaginib' uisis. animo tantū cernentes intuemur. memoriā que m̄te sibi eas fingente tenemus. Multa quoq; intelligimus sensu: que lingua explere n̄ possumus. Innoxios esse infantes ope. nō esse innoxios cogitatione. quia motū quē gerunt m̄te: nō dū possunt explere in opere. Ac p hoc in illis est etas inbecillis: n̄ animus. Ad nutū enī uolūtatis: nō dū obtēpat illis fragilitas corporis. Nec adeo ope nocere possunt: sicut cogitatione mouentur. Ex causa uocabulum sortita est cogitatio. Cogendo enī animū reminisci quod memorie cōmdatū est dicitur cogitatio. Rerū omniū thesaurus: memoria est. Ipsa est enī custos rebus inuentis. ipsa cogitatis. de qua ad te liquidū difficile est aliquē disputare. nemo potest enarrare uersū hunc. quia grandis est eius pplexitā & animus. Ipsa est imago a sensib' corporis remota. Sue speciei similitudinē relinquit in memoriam. Beatitudinē aūt nō p imaginem sicut cetera. sed sicut gaudiū sine imagine reminiscimur. Dū obliuionē memoramus: non p se ipsā adest. Quod si p semet ipsā adesset: utiq; obliuisceremur. Comunionem hominis animaliūq; esse memoriā. Nullī aūt animalis irrationalis intellectū inesse. nisi homini. tātū predicte rationē. Ceteris enim in ipsa qualitate considerationis sue sensus carnis. non intelligentia mentis est. XIIII. De xpo

Filii dei perfecta natiuitas. nec cepit esse nec
desiit. Ne preterita sit si desiit. & ne inpfecta si
adhuc sit. Sed sit ętna sit & pfecta. quatinus
in ea natiuitate ętnitas & pfectio habeatur. Ex u
tero uirginis minor dicitur patre xpc. Uidelicet
iuxta humanā assuptionē. nō iuxta diuinitatē.
Xpc & in forma serui seruus. & in forma serui non
seruus. In forma quippe serui dñi seruus. in serui
forma hominū dñs. Xpc in forma serui propt conceptio
nis excellentiā. dñs est hominū. Quia & si suscepit
carnē. non tamen ex carnis libidinosa contagione.
Mediator dei atq; hominū homo xpc ihc. nequa
quam alter in humanitate. alter in deitate est.
Sed in utraq; natura. idem unus ds est. nec purus ho con
ceptus ē nec purus homo editus est. Nec postea meritū ut ds esset ac
cepit. Sed ds uerbū. manente incōmutabili essen
tia quę illi cū patre & spū scō est coętna. assūpsit
carnē pro salute humana. in qua inpassibilis pati.
& inmortalis mori. & eternus ante secula. tem
poralis posset ostendi. Mediator dī & hominū
homo xpc ihc. quāuis aliud sit ex patre. aliud
ex uirgine. non tamen alius ex patre. alius ex
uirgine. sed ipse ętnus ex patre. ipse tēporalis
ex matre. Ipse qui fecit. ipse qui factus est. Ipse
de patre sine matre. Ipse de matre sine patre.
Ipse conditoris templū. ipse conditor templi. Ipse
auctor operis. ipse opus auctoris. Manens unus de
utroq;. & in utraq; natura. Nec naturarū copula
tione confusus. nec naturarū distinctione gemi
natus. Ideo ds in homine uenit. quia per se ipsū
ab hominibus cognosci non potuit. Sed unde no

bis consuluit: inde despectionē tulit. Quia infir
mitatē quā pro nobis suscepit: homo sup̄b' despe
xit. Ob hoc ergo infirma & stulta mūdi elegit. ut
fortiora & sapientiora p̄ quæ cognoscebatur cōfun
deret. Sicut cybū fortē inualidus infans cape nō
potest. nisi a matre prius æditū in lactis sucum
uertatur. Ut quod in cibo nō potuit uti: suggē
do potetur in lacte. per carnē. Ita & nos dū essem̄
infirmi ad conspiciendā uerbi æternitatē: factū
est ipsū uerbū caro. Ut enutriti per carnē. for
tioresq; effecti: cibū solidū id est uerū deū cū
patre sempiternū contēplando ut angłis socie
mur. Contra superbiā diaboli: succurrit humi
litas xp̄i. Sed qui imitati sunt diabolū: cōtēpser
humilē dn̄m. Ds̄ uero humilia elegit & abiecta. p̄
quę cōfūderet fortia. Ut quia sup̄bi nō cōuerte
bantur p̄ humilitatē dei: uirtus miraculorū cres
ceret. Quā sup̄bi uidentes obstupuerunt. & con
fusi cōuersi sunt. Prima dona esse q̄b; nos reos esse
ostendit. qui dū iaceremus sub reatu culpę: iustos
nos esse credebamus. uenit. patefecit uulnus. cōpo
suit semet ipsū. & de sua morte nobis medicinā apta
uit. Ut non esset tantū ostensor uulneris: sed & sa
nator. Quāuis ordinē nr̄ę liberationis nesciret diabo
lus: sciuit tam̄ qđ p̄ saluatione hominū xp̄c aduenit.
Sed quod sua nos morte redimeret ignorauit. Unde
& eū occidit. Nā si ille xp̄m p̄ mortē suā redimere
humanū genus scisset: non eū utiq; pemisset. Quod
nouerit diabolus p̄ salute humani generis xp̄m ue
nisse: euāgelii testimonio docetur. Quē ut uidit:
cognoscendo p̄timuit dicens. Quid nobis & tibi fili dī

uenisti ante tempus perdere nos? Xp̄c sicut pecca
tū quod poena dignū est non ammisit: ita poenam
peccati nr̄i suscepit. Ut per indebitā poenā suam:
debitā ablueret culpam nr̄ām. ut per hoc amit
teret diabolus quos reos tenebat: dum unū inf
ficit qui nichil peccati admiserat. Ideoq; quos
quasi iuste tenuit amisit. quia indebite redemp
torem nr̄m occidit. Inlusus est diabolus morte
dn̄i quasi auis. Nam ostensa xp̄c suę mortalitate
carnis quā intimidā ille appetebat: abscondit
diuinitatē. Ut laqueū quo eū uelut auē inpro
uidam: prudenti irretiret decipula. Nam si inno
xius xp̄c nō occideretur: homo diabolo addict⁹
p̄ preuaricationē non absolueretur. Diabolus dū
in xp̄o carne humanitatis eius captus est qui late
bat. Est enī in xp̄o amus diuinitas. Esca aūt caro.
linea. genealogia quę ex euāgelio recitatur. Tenens
uero hanc lineā: ds̄ pat̄ est. De quo dicit apostolus.
Caput xp̄i ds̄. Et lucas lineā generationis xp̄i ab imis
ad sūma contexens. Inchoat a ioseph. 7 cōsumat in
dm̄ dū dicit. Qui fuit heli. Et p̄ficiens lineā genera
tionis. dicit. qui fuit dei. Idcirco dn̄s in infernū des
cendit. ut his qui ab eo nō poenalit̄ detinebantur:
uiā apiret reuertendi ad celos. Scd̄m testimonium
ysaię p̄phę dicentis. Posuisti profūdū maris uiā. ut
transirent liberati. Uiam quippe xp̄c in p̄fundū ma
ris posuit: quando in infernū descendens. scīs iter ad
celos reuertendi monstrauit. Xp̄c in celū ascendens.
discessit quidem carne. sed presens est maiestate. Se
cundū illud quod ait. Ecce ego uobiscū sū: usq; ad
consumationē seculi. Quid sit quod legitur. nemo

[left margin:] (a)pparuit q̄ p̄ patebat. (..)ssi amo diuinitatis

Scī ex tp̄e resurrectionis x̄. statī ut de corpe exeunt. mox ad celestē habita
tionē ascendunt. qd̄ antiqs patrib; n̄ dabat̄. Nā an̄ aduentū saluatoris
quāquā sine pena supplicii. tm̄ n̄ in celo. s; in inferno scōx aīę detinebant̄.
p̄ qb; absoluendis dn̄s in infernū descendit.

aſcendit in celū niſi qui deſcendit de celo filiuſ ho
miniſ qui eſt in celo. Quomodo ꝓmittitur homini
buſ celorū aſcenſio. & magiſ dū ipſe dicat. Pat̄ uolo
ut ubi ego ſū, & ipſi ſint mecū. Si tantū ipſe ſoluſ aſcen
dit ad celū. Sed ſi membra coniunxeriſ capiti. unuſ
in ſe & in nobiſ eſt xp̄c. Recte ergo & ipſe aſcendit ſo
luſ. quia & noſ in ipſo aſcenſuri ſumuſ. Sedet xp̄c ad
dexterā patriſ. non ut dexterā corporeā habeat pat̄.
Sed dextera patriſ. beatitudo eſt. ſicut ſiniſtra miſeria.

Spirituſ ſc̄ſ creator eſt. ſic pat̄. & ſpirim Sancto. · IX.
& uerbū. Teſtante ꝓpħa. Sp̄c dn̄i fecit me.
& in ſpiraculū omnipotentiſ uiuificauit
me. Xp̄c non tantū a patre. ſed etiā a ſp̄u
ſc̄o ſe miſſū teſtatur. Dicente ꝓpħa. Accedite
ad me. & audite. Non a principio in abſcondito locu
tuſ ſū. Ex tēpore ante quā fierent. ibi erā. Et nunc
dn̄ſ miſit me & ſp̄c eiuſ. Ante aduentū dn̄i tantū
ꝓpħę & pauci ex om̄i pp̄lo iuſti donū ſc̄i ſp̄c mere
bantur. Poſt aduentū aūt dn̄i. ſp̄c ſc̄ſ cunctiſ ē cre
dentibuſ diſtributuſ. Iuxta quod ꝑ ꝓpħam dn̄ſ
loquit̄ dicenſ. Et erit in nouiſſimiſ diebuſ. effundā
de ſp̄u meo ſup omnē carnē. Cunctiſ enī nunc
gentibuſ gr̄a ſc̄i ſp̄c tradita ē. Neq; in paruiſ ut in po
pulo iſr̄l. ſed in omni credentiū multitudine. ſp̄c
ſc̄i gr̄a manet. Sp̄c ſc̄ſ patriſ & filii eſt. Et inde unū
ſunt. pat̄ & filiuſ. quia nil habet pat̄ qđ nō habeat
filiuſ. Non enī reſ una & duorū conſubſtantialiſ pote
rit ſemel ab eiſ ꝓcedere & ſimul ineſſe. niſi unū fuerit
a quibuſ ita ꝓcedit. Sp̄c ſc̄ſ ꝓ eo qđ cōſolator ſit. para
clituſ nuncupatur. Nam latine paraclituſ cōſolatio
dicitur. Et reuera dū dona ſacramtorū diſtribuit.

consolatione̅ animę p̄bet. Credo eq̄dem quod
magnã letitiã sentit. qui aliquid reuelante sc̄o
sp̄u discit. Sp̄m sc̄m pignus accepit ęccl̄a. ut ꝑ eū in
uno corpore unū fierent credentes. ꝑ quē pat̄ & filius unū
essentialit̄ sunt. Ipso saluatore ad patre̅ dicente.
Ut sint unū sicut & nos unū sumus. Donū sc̄i sp̄c in
membris sc̄ę ęcclę singulatim diuiditur. & in sin
gulis singula dona tribuuntur. Xp̄c aūt omnem
plenitudine̅ gr̄arū habuit. De quo ita legitur.
plenus gr̄a & ueritate. In xp̄o ergo om̄s plenitu
do gr̄arū ē. Nã singulis electis. singula tribuunt̄
dona. In sp̄u sc̄o om̄s gr̄a donorū consistit. Ipse enī
ꝓut uult gr̄am donorū largitur. Aliis dans sermo
ne̅ sapientię. aliis scientię Aliis fide̅. atq;
ita unicuiq; uirtute sc̄i sp̄c diuisio gr̄arū tribuitur.
Et in om̄ib; idem unus habetur. Ipse enī etiã ineffabi
lia docet. quę ꝓferre humanus sermo nō potest.
Aliquando non dignis sed reprobis. dona sc̄i sp̄c tribu
untur. Sicut sauli data ē ꝓphetia. & balaam. Unde
& multi in fine dicturi sunt. Dn̄e uirtutes in tuo
nomine fecimus. Quibus dicturus est dn̄s. Nescio
uos unde estis. Xp̄i aduentū nō tantū plebes iudeę
& sc̄i ꝓphetantes expectauerunt. sed fuisse etiã in
nationib; plerosq; sc̄os uiros ꝓphetię donū habentes
quibus ꝑ sp̄m sc̄m xp̄c reuelabat̄. & a quib; ei expec
tabat̄ aduentus. Sicut iob. Sic̄ balaam. qui xp̄i utiq;
p̄dicauerit aduentū. Primū ad hierusale̅ uenit xp̄c.
Sicut ipse ait. Non sū missus nisi ad oues domus isrl̄.
Ad ppl̄m enī isrl̄ prius uenit. Sed quod non essent cre
dituri. ꝓpha nō tacuit dicens. Primus ad syon dicet.
ecce adsū. & ad hierl̄m euãgelistã dabo. & uidi & nō

erat neq; exiuit q̇ſquā qui inirēt cōſiliū . neq; int̄
rogatuſ reſponderet uerbū . Sed quia ad gt̄ſ tranſiuit ·
ſequit̄ . Ecce puer meuſ ſuſcipiā eū . electuſ mſ cōplacu
it ſibi in illo anima mea . Dedi ſpm̄ meū ſup eū . Iudiciū
gentibuſ proferet . Multi ſt̄ fideliū p̄deſtinati iſrt̄ . De
quib' dn̄ſ ait . Reliquię ſaluę fient . Et apl̄ſ p ęccl̄a & iu
deiſ . Reliquię p electione grę ſaluę factę ſt̄ dicit . XVIIII ·

Philoſophi gentiū nō ſic oportet **De philoſophis** & ſapientib; ſcl̄i.
dm̄ querenteſ . in angeloſ inciderūt p̄uaricatoreſ .
factuſq; ē illiſ mediator diabolus ad mortē . ſicut
nobiſ xp̄c ad uitā . Multū mūdi filoſophi p̄dicāt in
dimſione tēporū . curſu q; ſyderū . ac diſcuſſione elem
torū . & tam̄ hoc nō niſi a deo habuerūt . Uolando enī
gendum esse omnino prohibuit. Item quidam uirtutes dum discretioni non
seruiunt. in uitiis transeunt. Nam saepe iustitia dum suum modum
excedit. crudelitatis ex se uicium gignit. Et nimia pietas
dissolutionem disciplinae parturit. Et zeli studium dum plus
est quam oportet. in iracundiae uicium transit. Et multa
mansuetudo torporis segnitiem mittit. Prudentia autem uir

[Margin note: //. Sic & fit ut quod congruo loco uirtutes sunt. incongruo uitio deputetur.]

discretio sollert̄ ꝓspicit. ne bonū intēpant̄ agat. & de
uirtute in uitiū transeat. Itē apud quosdā ex uirtute
uiciū gignit̄. dū q̄sq; de castitatis & abstinentiae meriti
gl̄at̄. Nā & q̄ elemosinā uanę glę causa impertit. ex uirtu
te uiciū facit. Sed & is q̄ de sapientia arrogantiā habet.
& q̄ p iustitiā p̄miū appetit. & q̄ aliqđ donū dī qđ meru
it in suā laudē cūertit. aut in malos usus assumit, ꝓcul
dubio uirtutes in uitiū transfert. Hoies de uirtutibus
uicia nutriunt ex q̄b; peccant. Iterū ds̄ arte potentissi
ma ex nr̄o uicio uirtutes format. q̄b; nos ad iniquita
tē reformet. XXXV. De simulatis uirtutibus.

Quędā uitia species uirtutū p̄ferunt. ideoq; pnicio
sius suos sectatores decipiūt. q̄a se sub uelamine uirtu
tū tegūt. Nā uicia q̄ statī uirtutib; cōtraria apparent. cito
dū in palā uenerint emendant̄. ppt quod sequaces eorū de talib;
criminib; erubescūt. Carnales aūt plerūq; p insensualitatem
mt̄is n̄ agnoscūt uicio ēē culpabiles. qđ dignū uidetur
dāpnatione. Itē quędā uicia species uirtutū ēē uident̄.
sed tam̄ uirtutes n̄ st̄. Nā intdū sub p̄textu iustitię
crudelitas agit̄. Et putat̄ ēē uirtus qđ nimirū ē uiciū.
sic & remissa segnities mansuetudo ēē credit̄. & qđ agit
torpens negligentia. putat̄ agere indulgentia pietatis.
Nonūq̄ etiā uirtutē largitatis. imitantur uitiū, p digę
effusionis. & uirtutē parcitatis tristis tenacitas imitat̄.
& uiciū ptinacię abscondit̄ sub uirtute constantię. Itē
timor sub specie obedientie occultat̄. & dicit̄ uirtus humilitatis. qđ
tam̄ uiciū est timoris. sed et p̄cacitas uocis, p ueritatis li
bertate accipit̄. Et uiciū pigricię. q̄etis uirtutē imitat̄.
Porro uiciū inq̄etudinis. uirtutē se uult uocari sollici
tudinis. Et p̄cipitationis facilitas. feruor boni studii cre
dit̄. Et bene agendi tarditas cōsilii mora ēē uidet̄. dū tn̄ ista
sit uirtus, illa uitium. Tali igitur exemplo.

uicia. Uirtutũ species imitant̃. & inde se ñnulli ẽẽ iustos ẽſidt̃. unde maxime rep̃bant̃. A ptũ exẽplũ uiciorũ de latronis specie sumitur. Nã sic ex insidiis latro p̃dit. seq; it agentib' iugit. fingens se sociũ donec decipiat inpulsũ. & cũ subito erupit ad exiciũ. latro manifestat̃. Ita se miscent intẽdũ p̃iculose uirtutib' uicia. quisq; omnem boni op̃is efficaciã in suis usib' rapiat. ut anima quę sibi erat placens de uirtutib'. deceptã se ẽspiciat uiciis dãpnabilib'. XXXIII. De appetitu uirtutũ.

Ad uirtutes difficile ẽsurgim'. ad uicia sine labore dilabim̃. Ista enĩ p̃na. illę arduę st̃. Grandes enĩ sudores p̃petim̃. ut cęlũ ẽscendere ualeam'. Quẽadmodũ ad uirtutũ tendentes culm̃. ñ a sũmis inchoant. sed a modicis. ut sensĩ ad altiora p̃tingant. ita & q̃ delabũt̃ ad uicia. ñ statĩ a magnis criminib' incipiũt. sed a modicis assuescunt. & sic in maximis p̃ruũt. Sic paulatĩ homo a minimis uiciis in maximis p̃ruit. ita a modicis uirtutib' gradatĩ ad ea quę st̃ excelsa ẽscendit. Qui aũt inordinate uirtutes cõp̃hendere nitit̃. cito p̃iclitat̃. Hęc ẽ causa in rerũ natura. ut quecũq; uelocit̃ ad p̃fectum tendunt. sine dubio celerit̃ finiant̃. Sicuti herbę quę tanto festin'us p̃eunt. quanto celerius crescũt. At uero cõtra arbores alta radice fũdatę ideo p̃durãt diutius. q̃a gradatĩ ad p̃fectũ p̃ueniũt. Nil p̃dest admixto malo. agere aliq̃d boni. Sed prius ẽ cohibendũ a malo. deinde exercendũ bonũ. Hoc enĩ indicat p̃p̃ha cũ dicit. Quiescite agere p̃uerse. discite bene facere. Prius uicia extirpanda st̃ in homine. deinde inferendę uirtutes. Nã cohęrere & ẽiungi ñ potest ueritas cũ m̃dacio. pudor cũ petulantia. fides cũ p̃fidia. castitas cũ luxuria. Quędã st̃ sũmę uirtutes. quędã ũ medię. fides. spes. carita

sūmę uirtutes st̄. Nā a q̄b' habent̄. utiq; ueracit̄ ha
bent̄. Aliç ū uirtutes medię st̄. quę & ad utilitatē
& ad pniciem poss̄t haberi. si de his arrogant̄ q̄sq; tumu
erit. Ut puta doctrina. ieiuniū. castitas. scientia. siue
tēporales diuitię. De q̄b' scilicet bene opari possum' & ma
le. Quisq̄s ex detiore iā melior ēē cepit. caueat de accep
tis extolli uirtutib'. ne grauius p uirtutes corruat quā
prius ex lapsu uiciorū iacebat. Quē ds̄ iustificat. ne
iterū se de uirtutib' erigat. quędā illi uirtutū dona
tribuit. quędā abscondit. Ut dū mens de eo qd̄ habet
erigit̄. iterū humiliet̄ de eo qd̄ nequāquā habe cognoscit̄.
Quisq̄s dono celestis gr̄ę inspirat' ad uirtutes erigit̄. si
forte moderante dī manu aliq̄ aduersitate rep̄mit̄. ne
de acceptis uirtutib' extollat̄. frangi ñ deb&. qa & h̄ ipsū q plagi' humiliat̄ & q̄
-nimit ferre. p culdubio uirtutis ē magnę.

XXXIIII. De pugna uirtutū adūsus uitia.

Tunc se sci a uiciorū eluuione
ueracius detḡt. dū ab eis ētra singula uicia uirtutes
singulę opponunt̄. Int̄ dū uicia cū uirtutib' ad utili
tatē ēfligt̄. ut ipso certamine uel mens exerceat̄. uł ab e
latione cōcussus sui animi restringat̄. Aduersus impet' uici
orū. ētrariis uirtutib' ē pugnandū. Contra luxuriā eni.
cordis ē adhibenda mūdicia. Cōtra odiū. dilectio ppa
randa. Cōtra iracundiā. patientia pponenda ē. Porro
ētra timorē. fiducię adhibenda ē uirt'. Cōtra torporē.
ʒeli p̄ lui abstinentię. Tristitię q̄q;. gaudiū. Accidię.
fortitudo. Auaricię. largitas. Supbię. humilitas oppo
nenda ē. Sicq; singulę uirtutes. nascentia ētra se uicia
rep̄mūt. ac tēptationū motus uirtute diuinę caritatis
extingt̄. Libidinē abstinentia domat. Nā quantū corp'
inedia frangit̄. tanto mens ab inlicito appetitu reuocat̄.
Aduersus irā. tolerantia dimicat. Ira aūt semet ipsā
necat. Sustinendo aūt patientia. uictoriā portat.

Tristitie merorē: spes ęterni gaudii sup̄at. Et quę ītbata mens
de exterioribꝰ afficit: dulcedo interioris tranquillitatis lenit.
Aduersus inuidiā: ꝑparat̄ caritas. Et aduersus irę incen
dia: mansuetudinis adhibet̄ tranquillitas. Sup̄bia aūt
diaboli/imitatur sup̄bi. aduersus quā opponit̄ hu
militas xp̄i. qua humiliant̄ electi. Principaliū aūt septē
uitiorū regina & mat̄ sup̄bia ē. Eadēq; septē p̄ncipalia
multa de se pariūt uicia. Quia ita sibimet quadā cog
natione iungunt̄. ut ex alt̄o alterū oriat̄. Sic̄ p̄ncep̄s
septē uitiorū sup̄bia nos eorū potestatibꝰ subdit. ita xp̄c
septiformis gr̄ę plenus. a dn̄atu uiciorū nos eruit. Et
quos illa adicit septēplici uicio. iste libat septiformis
gr̄ę dono. XXXU. De sup̄bia
Omni uicio deteriorē ēē sup̄biā. seu quia p̄pt̄ qd̄ a sūmis
p̄sonis & p̄mis assumit̄. seu qd̄ de op̄e iustitię & uirtu
tis exorit̄. minusq; culpa eius sentit̄. Luxuria uͦ carnis
ideo notabilis om̄ibꝰ ē. qm̄ stati p̄ se turpis ē. Et tam̄
dispensante dō sup̄bia minor est. Sed qui detinet̄ sup
bia & n̄ sentit: labit̄ carnis luxuria. ut p̄ hāc humi
liatus. & a c̄fusione surgat & a sup̄bia. Om̄is peccans sup
bus ē. eo qd̄ faciendā uetita: c̄tēptui habeat diuina p̄
cepta. Recte g̊ iniciū om̄is peccati sup̄bia. q̄a nisi p̄cess
serit mandatorū dī inobedientia. n̄ sequit̄ transgressi
onis culpā. Om̄is sup̄bia tanto in imo iacet. quanto in
alto se erigit. Tantoq; p̄fundius labit̄. q̄nto excelsius
eleuat̄. Qui eni p̄ p̄p̄ā sup̄biā attollit̄: p̄ dī iustitiā inclinat̄.
Qui inflantur sup̄bia: uento pascunt̄. Un̄ & p̄pha. Omnes
incipit pastores uos pascit uentus. hoc ē sup̄bię sp̄c. Qui de
suis uirtutibꝰ sup̄biūt: ex ipsis iudicandi st̄ op̄ibꝰ quibꝰ p̄
uirtutibꝰ utunt̄. Quia rē bonā n̄ bona uoluntate faciūt.
Nā reuera sine humilitate uirtus quęlibet & sine caritate
in uicio deputat̄. Merito sup̄bię diabolꝰ a sup̄na beatitudine

corruit. Qi go de uirtutib' attolluntr̄. diabolū imitant̄. Et
exinde grauius corruūt. q̄a de excelso labunt̄. Sup̄bia
sic̄ origo ē omniū criminū. ita ruina cunctarū uirtutū.
Ipsa ē enī in peccato p̄ma. ipsa in c̄flictu postrema. Hæc enī
aut in exordio m̄tē p peccatū p̄sternit. aut nouissime de
uirtutib' gl̄am querit. Ideo & omniū peccatorū ē maxima.
q̄a tā p uirtutes q̄ua p uicia humanā m̄tē exterminat. Ibi
cadere sup̄bia. ubi nasci. ut n̄ sit sup̄b' aliud culpa aliud
ruina. Sed ipsa culpa sit illis & pena. De sup̄bia nasci arrogantiā.
n̄ de arrogantia nasci sup̄biā. Nā nisi p̄cesserit occulta elatio
m̄tis. n̄ seq̄t aperta iactantię laus. Ita g in culpa p̄ponit̄ sup
bia arrogantię. sic̄ p̄fert̄ originē. Plerūq; ad elationis em
dationē p uidentia dī aliq̄ casu n̄nulli cadt̄. q lapsu rep
hensi a semet ipsis humilit̄ sapiāt. & de munerib' dī lau
dar̄ n̄ appetant. sed laudent dn̄m a quo accepūt unde lau
dare se uolt̄. Utilius ē arrogantib; quocūq; uicio labi. &
humiles post casū dō fieri. quā p elationē sup̄bire. grauio
req; ruinę dāpnationē p sup̄biā sumere. XXXIIII. DE

a Ex ~~utcūq;~~ culpa sup̄bię. plerūq; in abhominandā LUXURIA
carnis inmundiciā it̄. Nā alterū pendet ex altero.
Sed sic p sup̄biā m̄tis it̄ in p̄stitutionē libidinis. ita p hu
militatē m̄tis. salua fit castitas carnis. Ds aūt n̄nūquam
deicit occultā m̄tis sup̄biā. p carnis manifestā ruinā. libidi
nis nasci inmūdiciā de animi occulta sup̄bia. exēplo p̄mi
hōis. q mox ut p sup̄biā c̄tra dn̄m tumuit. statī carnis libidi
nē sensit. & p̄udenda operuit. Quapp̄t unusq̄sq; suę deputet
culpę q̄d cecidit. quotiens libidine uincit̄. q̄a nisi p̄cessisset la
tens sup̄bia. n̄ sequeret̄ libidinis manifesta ruina. Nōnūq̄
gemino initio xp̄ian' a diabolō appetit̄. & occulto p elationē. &
publico p libidinē. Sed dū cur̄at q̄s elationē. sit cadit segnit̄ in
libidinē. Sicq; ex occulto uicio elatiōis. it̄ in aptū libidinis. Et

libidinē cadit in elationē. Itē dū incaute declinat

de apto libidiniſ iſt in occultū elationiſ. Sed dī ſeruuſ diſcre
te utrūq; penſanſ. ſic cauet libidinē. ut n̄ incurrat elatio
nē. & ſic uitat elationē. ut n̄ reſoluat animū ad libidinē.
Luxurioſiſ atq; ſupbiſ demoneſ pluſ fautoreſ exiſtūt. dūq; in
cęt̄iſ uitiiſ ſp̄c maligni deſeruiāt. hiſ tam̄ maiori familia
ritate iungunt̄. hiſq; ā pliuſ iuxta deſideriū famulantur.
P rincipalit̄ hiſ duob; uitiiſ. diabolꝰ humano generi dn̄at̄.
I d ē p ſupbiā m̄tiſ. & luxuriā carniſ. Un̄ & dn̄ſ ad iob de
diabolo loquit̄ dicenſ. Sub ūbra dormit. in ſecreto ca
lami in lociſ humentibꝰ. P calamū eni inaniſ ſupbia. P
loca humentia carniſ demōſtrat̄ luxuria. P hęc enim
duo uitia. diaboluſ humanū poſſidet genꝰ. Uel dū m̄tē
in ſupbiā erigit. uł dū p luxuriā carnē corrūpit. Multi
luxurię ſubditi ſt̄. & ɔtumaci ſupbia de ipſo luxurię
ope glant̄. Et inde magiſ elati ſt̄. unde humiliari de
buer̄. Ad cōparationē mali fit deteriuſ. quando n̄ ſolū fla
gitia cōmittunt̄. ſed etiā de ipſiſ flagitiiſ uanitatiſ laude
pditi extollunt̄. Sic̄ ſcptū ē. Laudat̄ peccator in deſide
riiſ animę ſuę. Qd eni peiuſ quā in flagiciiſ miſeroſ gau
dere. de qbꝰ iā debent copioſiuſ deplorare. Libido tunc
magiſ querit̄ dū uidet̄. Nā ſic̄ qdā ſapienſ ait. p̄ma forni
catio. oculorū ſt̄ tela. Scda uerborū. Sed q n̄ capit̄ oculiſ.
poteſt uerbiſ reſiſtere. Sufficit nata. ubi adhuc lib affectꝰ
ē. Ql delectationē refrenat libidinoſę ſuggeſtioniſ. n̄
tranſit ad ɔ̄ſenſū libidiniſ. Cito eni reſiſtit opi. q titillanti
n̄ accōmodat ~~ſuggeſtioni~~ delectationi. Duriuſ impugnat̄. q uſq; ad cō
ſenſionē. & ſi n̄ uſq; ad ppetrationē tēptat̄. quia iſ q ſola
ſuggeſtione p cōditione carniſ tēpta m̄tiſ ſollicitat̄. Sti
muli carniſ q in paulo inerāt̄. ex lege peccati erāt quę
in m̄briſ hominū de neceſſitate libidiniſ habitāt. Quā
relucrante dū in ſe expugnat pficit̄. Et de infirmitate

inſtitante ſathane angło

libidinose titillationis: uirtutē suscepit gl'osi certami
nis. Seruis dī multa certamina de sua carne mo
uent. Nā quāuis in amore dī eorū sit inconcussa intētio.
mens tam̄ de carne quā exterius gestat: intima p̄mia
tolerat. Ds aūt q' hec ad p̄bationē p̄mittit. gr̄a p̄tegen
te suos ñ deserit. Ideo ñ nūq electi lapsu carnali corru
unt. ut a uicio sup̄bie q' de uirtutib' tument sanent.
Et q' de uirtutū effectib' existunt sup̄bi ut cadant.
carnis uitio humiliant ut resurgant. Añ quā p̄ficiat
adulteriū in opē. hinc ē qd p̄ p̄phām dr. Accingite
lūbos uros sup̄ ubera ura. hoc ē in corde libidinē re
secate: que ad lūbos p̄tinet. Nā cor sup̄ ubera ē: ñ in lū
bi. libidinis inmoderata licentia nescit habere modū.
Nā dū se uiciosus animus in explenda fornicatione:
carne luxuriante laxauerit. nichilominus ad alia ne
fanda scelera suadentib' demonib' transit. Dūq; inmode
rate metas excesserit pudoris: crim̄ criminib' adicit. paula
timq; ad deteriora p̄cedit. Nō ita suauis ē amantiū. immo
... am tritiū incerta carnis libido. sic expta. Nec ita delec
tat fornicatio dū p'mo cōmittit. Nā repetita maiorē
delectationē ingerit. Iā ū si in usu uenerit. tanto p̄ditis
dulcior fit: ut supari difficile sit. Un sepe ex c̄suetudi
ne delinquendi. quasi captiui ad peccandū quadam
uiolentia trahim̄. Sensusq; nros ētra rectā uoluntatē
in nobis rebellare sentiamus. Si ap'lius oblectat mtē delec
tatio fornicationis quā amor castitatis: adhuc in homine
peccatū regnat. Certe si ap'lius delectat pulcritudo inti
me castitatis. iā ñ regnant peccata: sed regnat iustitia.
Nā ñ solū de cōmissa fornicatione peccatū regnat in ho
mine. sed si adhuc delectat atq; animū teneat: p̄culdu
bio regnat. fornicatio carnis adhultiū ē. fornicatio animi.

iā adultiū extat i cogitatione. Ex corde enī p'mū fornicationes s' auferende 7 ñ p'rupat i opē.

ſeruituſ ydolorū ē. Eſt aūt & ſpālis fornicatio ſcdm qđ dn̄ſ ait. Qui uiderit mulierem ad cōcupiſcendū eam. iā mechatuſ eſt eam in corde ſuo. Omniſ. inmundicia pollutio fornicatio dr̄ eſt. Quamuiſ quiſq; diuerſa turpitudiniſ uoluptate proſtituat̄. Ex. delectatione enī fornicandi. uaria gignunt̄ flagitia. quib' regnū dei clauditur. ut homo a deo ſeparet̄. Int̄ cęt̄a ſeptē uicia fornicatio maxima ē ſceleriſ. quia p carniſ inmunditiam tēplū dī uiolat. & tollenſ membra xp̄i. facit membra meretriciſ. Maxime per carniſ luxuriā humanū genuſ ſubditur diabolo. quam p cęt̄a uicia. Cum enim ille uariiſ temptamentiſ inlicitoſ homineſ conetur puertere. magiſ autem mechandi deſideriū ſuggerit. quā in utrūq; ſexum in hoc uitio ampliuſ egrotare intendit. Demoneſ ſcienteſ pulchritudinem anime eſſe caſtitatem. & per hanc eſſe hominē angeliciſ meritiſ. e quibuſ illi lapſi ſunt. eo q' ri. liuore pculſi inuidię. initiunt p ſenſuſ corporiſ. opuſ deſiderīūq; libidiniſ. quatinuſ a celeſtibuſ deorſū eiectam animā ptrahant. ſecūq; quod uicerint glorianteſ ad tartara ducant. Quando impulſu demonum menſ ad delectationem fornicationiſ impellitur. diuini iudicii metuſ. & ęterni tormenta incendii ante oculoſ proponat̄. Quia nimirū omniſ pęna. grauiori ſupplicii formidine ſupatur. Sicut enim clauuſ clauum expellit. ita ſepe recordatio ardoriſ gehennę. ardorem excludit luxurię. Quidā in iuuentute luxurioſe uiuenteſ. in ſenectute continenteſ fieri delectantur. Et tunc eligunt ſeruire caſtitati. quando eoſ libido ſeruoſ habere contēpſit. Nequaquā in ſenectute continenteſ uocati ſunt. qui

in iuuentute luxuriose uixerit. Tales n̄ habent p̄miū. quia laboris certam̄ n̄ habuerunt. Eos aūt expectat gl̄a. in quibus fuerint laboriosa certamina. xl. De continentia.

A deo datur continentia. sed petite & accipietis. Tc autem tribuitur. qn̄ deus gemitu inter no pulsatur. Prelatam autem esse uirginitate nuptiarū. illud enī bonū. hoc optimū dicimus esse. Coniugiū concessū ē. uirginitas ammonita tantū non iussa. Sed ideo tantū ammonita. quia nimis excelsa. Geminū ē bonū uirginitas. quę & in hoc mundo sollicitudinē seculi annuit. & in futuro ætnū castitatis p̄miū pcipit. Uirgines feliciores esse in uita æterna. Esaia testante. Hec dicit dn̄s eunuchis. Dabo eis in domo mea & in muris meis locū. & nom̄ melius a filiis & filiabus. Nom̄ sempit̄nū dabo eis qd̄ non pibit. Nec dubiū quod qui casti sī pseuerant & uirgines. angelis dei efficiuntur æquales. Amanda ē ergo pulchritudo castitatis. cuius degustata delectatio dulcior inuenitur. Castitas enī fructus suauitatis est. pulcritudo inuiolata scorū; castitas securitas mentis. sanitas corporis. Unde & aliquos gentiliū gimnicos ppetuā ueneris abstinentiā exercuisse. ne uirtutē libidine frangerent. Luxuriosa nāq; uita carnē cito debilitat. fractamq; celerit̄ ducit ad senectutem. Om̄e peccatū p poenitentiā recipit uulneris sanitatē. Uirginitas aūt si labitur. nullatenus reparat̄. Nā quāuis penitendo ueniç fructū recipiat. incorruptionem nullatenus recipit pristinā. Uirgo carne & n̄ mente. nullū p̄miū habet in remissione. Unde & insipientib' uirginibus saluator in iudiciū ueniens dicturus est. Recepistis mercedem uestram. nescio uos. Ubi enī iudicans inuenerit mente corruptā. carnis pculdubio incorruptionē dampnabit. Nichil pdest incorruptio

quā abstinentia carnis.

carniſ. ubi non eſt integritaſ mentiſ. Nichilq; ualet
mundũ eſſe corpore eũ qui pollutuſ eſt mente.
Multi ſunt reproborũ qui carniſ corruptibile neſci
unt contagiũ. Sicut q̃ qui infecundi ſunt corpore. ita
ſteriles manent & mente opiſ boni fecunditate. qui
recte de uirginitate gauderent. ſi aliiſ prauiſ operib'
non inſeruirent. Qui ſe continentẽ ꝓfitetur. & ab
aliiſ terreniſ deſideriiſ non ſubtrahitur. quamuiſ
hunc luxuria carniſ non polluat. diuerſa tamen
mundanę conuerſationiſ opera maculant. Uirgineſ
de ſuiſ meritiſ gloriantes: hypocritiſ cõparantur. Qui
gloriã boni opiſ foriſ appetunt. quã intra conſcientiã
humileſ habere debuerunt. Taleſ igitur ad ꝓmiſſa ce
leſtia non perueniunt. quia ipſi ſibi uirginitatiſ ꝓ
mium per elationiſ uitium auferunt. Hoc eſt enim
in euangelio non habere uirgineſ in uaſiſ oleum. Id eſt
non ſeruare intra conſcientiam boni opiſ teſtimoniũ.
ſed in facie gloriari apud homineſ. non in corde ap
ud deum. Ruina adulterii ſeparat deſtinatum
matrimonii. Meliuſq; eſt uxorem ducere: quam ꝑ
libidiniſ ardorem perire. Quoſdam coniugale decuſ
non pro gignendiſ filiiſ delectat. ſed hoc pro tur
bulenta carniſ & libidinoſa conſuetudine appetunt.
Sicq; bonum male utuntur. Uicia ꝑ ſe mala ſunt.
Coniugia uero & poteſtateſ per ſe quidem bona ſunt.
Per ea uero quę circa eã ſunt. mala exiſtunt. Coniu
gia enĩ ꝑ id mala ſunt quod dicit apoſtoluſ. Qui autẽ
cũ uxore eſt: cogitat quę ſunt mundi. & ꝓpt forni
cationem unuſquiſq; ſuam uxorem habeat. Sic et
poteſtateſ ꝑ elationem & ꝑ oppreſſionem. per iuſtitię
quoq; preuaricationẽ male exiſtunt. Nocent enim
nuptię. nocent & poteſtateſ. Sed ꝑ id quod eiſ iuxta

ponitur non p se. Exēplo itineris recti iuxta qđ spinę
nascuntur. Quę surgentes e latere. nocent eis qui
recto itinere gradiuntur. XLI. De cupiditate.

Non posse quempiā spiritalia bella suscipere. nisi carnis
prius edomauerit cupiditatē. Non potest ad
contemplandū dm̄ mens esse libera. quę desideriis hu
ius mundi & cupiditatibus inhiat. Neq; enī alta potit
conspicere oculus. quem puluis claudit. Omni peccato
peius est auaricia. & amor pecuniarum. Unde p salo
monem dicitur. Nichil est scelestius quā amare pecuniā.
hæc enī animam suā uenalem facit. Quī in uita sua
pieci intima sua. Cupiditas omniū criminū matia
est. Unde apls ait. Radix omniū malorū ē cupiditas.
Quam quidam appetentes errauerunt a fide. Si ergo
succiditur radix criminū: non pullulant cęteri soboles
peccatorum. Multi causa cupiditatis terrenę. etiā
ipsam fidem renunciauerunt. Cupiditas enim xpm
uendidit. Nam & plerisq; tantum in reb alienis est
desiderium. ut etiam homicidium ppetrare non
uereantur. Sicut achab qui appetitu cupiditatis
suę: sanguinis expleuit effusionem. Sepe iniqui
mala quę concupiscunt. & adsecuntur. Quatinus
de affectu mali desiderii fortius puniantur. Electos
autem suos deus non dimittit ire in desideriorū
malorum p fectionem. sed in dolorem mentem
conuertit eorum. p id qđ in sclo nequit appetunt.
Ut hęc expientia resipiscant conuerti ad deum. quo
his mente cesserunt. Deum ergo sibi ppiciū nouerit
aduersarę. qui quod temporaliter concupiscit. n̄ pmit
titur adimplere. Secreto autem dei iudicio fieri ut
durius pereant. In quorū cupiditatem effectus stati

cupiditas.
ſequitur actionis. Nūquam saciari nouit, Semꝑ enim
auarus eget. Quanto magis acquirit. tanto amplius que
rit. Nec solū desiderio augendi excruciatur. sed etiam
amittendi metu afficitur. Inopes nascimur in hac uita.
inopes recessuri a uita. Si bona mundi huius peritura
credimus. cur peritura tanto amore cupimus? Pleriq;
potentes tanta cupiditatis rabie inflammantur. ut
de confiniis suis pauperes excludant. nec habitare ꝑ
mittant. Quibus recte ꝑ ꝓpham dicitur. Ue qui con
iungitis domū ad domū. & agrū agro copulatis usq;
ad t̄minū lͦci. Nūquid soli uos habitabitis in medio
terrę? Tales quippe homines infernū idest diabolū
rapere ad ꝑditionem. Item ꝓpħa sequent̄ annunciat
dicens. Pꝓpterea dilatauit infernus animam suam. et
aperuit os suum absq; ullo termino. Et descendent for
tes eius & sublimes gloriosiq; eius ad eū. Nec mirū quod
morientes inferni ignibus deputentur. qui uiuentes flā
mam cupiditatis suę minime extinxerunt. Qui desi
derio cupiditatis exestuāt. flatu diabolicę inspiratiōis
uruntur. Accendit enī mentem euę suꝑbia. ut de lig
no uetito manducaret. Accendit cayn m̄tē inuidia. ut
frēm occideret. Accendit salomonem luxurię facibus.
ut ꝑ amorem libidinis ydola adoraret. Accendit achab
ad cupiditatem. ut homicidiū auaricię adnecteret.
His ergo inspirationibus. diabolus corda hominū deprauat

PRima concupiscentię **XLII. De gula** cupiditatibus.
ꝑ gulę suggestio. panis est. Cui si minime ceditur. di
uersa edacitatis desideria cōprimuntur. Unde & da
nihel. Panem inquit desideriorū non comedi. Hoc ē
eius concupiscentiam non impleui. Prima est luxurię
materia. saturitas panis. Unde & ꝓpħa sodomam de

panıſ ſacietate accuſat dicenſ. Hec fuit iniquitaſ ſodo
morum. Sup̄bia. ſaturitaſ paniſ. & habundantia. Panē
quippe ſodomitę inmoderate ſumenteſ. in turpitudineſ
defluxere flagitiorum. atq; inde meruerunt comitan
te ſuperbia cęleſtibuſ aduri incendiiſ. ex quo modum n̄
tenuerunt edacitatiſ. Utile eſt cauere gulam. cyborūq;
concupiſcentiam. Quid enim tam noxium quam ut
animuſ ſeruiat uentri ∴ & eſcę quę ſunt deſtruendę ∴
Teſtante ap̄lo ac dicente. Deuſ autem & hunc & haſ
deſtruet. Proxima eſt uentri libido. ſicut loco ſic uicio.
Ubi enim uentriſ cura. ibi & eorum quę circa uentrem ſt̄
proxima. In ordine namq; membrorum genitalia uen
tri iunguntur. Dumq; unū ex hiſ inmoderate reficitur.
aliud ad luxuriā excitatur. Non ad luxuriam uel ad
ſacietatem. ſed tantum ut corpuſ ſuſtentetur ępuliſ eſt
utendum. Nam ut phyloſophi dixerunt cyboſ inuen
toſ eſſe ut contineant animam. non ut corrumpant.
Qui nimium cybiſ utuntur. quantomagiſ uentrem
paſcunt ∴ tanto ampliuſ ſenſum mentiſ obtundunt.
Nam greci dixerunt. ex craſſo uentre ſubtileſ ſenſuſ gig
ni non poſſe. Nam gulę ſaturitaſ nimia ∴ aciem mentiſ
obtundit. ingeniumq; ebeſcere facit. Libidiniſ igneſ ∴
cyborum fomite increſcunt. Corpuſ autem quod abſti
nentia frangit. temptatio non exurit. Unde et treſ pue
roſ abſtinenteſ flamma babilonii incendii. et ſi tetig[illegible]it
non combuſſit. Quia nimirum et ſi deſideriorum carna
lium igniſ abſtinentiū menteſ inflammet. uſq; ad con
ſenſum tamen concupiſcentię uel operiſ non exurit.
Cui [illegible] habundantia eſt epularum ∴ ardentiſ diuitiſ
intendat ſupplicium. Cuiuſ tanta in inferno igniſ inter erat
inopia. quanta hic epularum fuerat copia. In hoc enim
ſeculo eſurire et ſitire noluit. propterea illuc inter

flammas sitiens. stillam aquę quesiuit nec meruit.
Considerandum quam uehementer arguantur comes
sationes et sumptuosa conuiuia per prophetam. Ita ut
comminetur dominus. se non hanc relaxare iniqui
tatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit enim per
ysaiam. Ecce gaudium et letitia occidere uitulos.
et iugulare arietes. comedere carnes et bibere ui
num. Si dimittetur iniquitas hęc uobis donec mo
riamini. Sicut omnes carnales cupiditates abstinen
tia resecantur. ita omnes animę uirtutes. edacitatis
uicio destruuntur. Inde est quod et princeps coquo
rum muros hierusalem subuertit. Quia et uenter
cui seruitur a coquis. uirtutes animę destruit. Neq;
enim posse quempiam uirtutum perfectionem attin
gere. nisi prius edomauerit ingluuiem. Nemo potest
dominari cęteris uitiis. nisi prius uentris ingluuiem
restrinxerit. Nec quisquam facile poterit a semet ipso
spiritus inmundos expellere. nisi per abstinentiam gulę.
Tunc enim hostes qui extra nos sunt a nobis fortius sup
antur. quando prius quę intra nos sunt uicia extin
guntur. Nam frustra foris agit bellum. qui intus ha
bet periculum. Non qualitatem cyborum. sed eorum
cupiditatem cauendam. Nam sepe accuratius prepa
rati. sine gulę concupiscentia degustantur. Et sepe
abiecta et uilia. edendi cupiditate sumuntur. Sicq;
fit ut non sit culpa cyborum qualitas. sed illud re
putetur in uicium quod cum desiderio degustatur.
Quattuor sunt genera distinctionum in gulę appetitu.
Id est. quid. quando. quantum. et quomodo appeta
tur. Quid. ad rem ipsam pertinet quę appetitur.
Quando. si ante legitimum tempus quid appetatur.
Quantum uero. ad inmoderationem refertur. Quomodo.

ho ad impatientiam feſtinationiſ aſſcribitur. Nulluſ
homini tam importunuſ exactor quam uentͬ qui
cotidiana refectione cotidiana famiſ exactio
nē adimplet. Cum cęteriſ enim uiciiſ. et ſi intdū
naſcimur: interdum tamen cum eiſ non morimur.
Cum iſto autem et naſcimur. cum iſto et morimur.
Plerumq; uoluptaſ ueſcendi ita ſub obtentu neceſſi
tatiſ ſubrepit. ut dum putatur ſeruire neceſſitati:
uoluptatiſ deſiderio ſeruiatur. Nec facile diſcernitͬ.
utrum quod accipitur; gulę an indigentię deputetͬ.

e E ſcę· crapulā. potuſ. ebrietatem. XL III. De ebrie
generāt. Ebrietaſ autem: perturbationem tate·
gignit mentiſ. furorem cordiſ. flammam libidiniſ.
Ebrietaſ ita mentem alienat: ut ubi ſit neſciat. Inde
enim et malum non ſentitur: quod per ebrietatem
committitur. Uerum eſt quod iuxta prophetam
fornicatio et ebrietaſ auferat cor. fornicatio enim
ſicut ſalomon infatuat ſapientem. Ębrietaſ ſicut in
loth. ſenſuſ rationem captiuat. Unde et in puerbiiſ.
Potenteſ inquit iracundi ſunt. Uinum non bibant.
ne cum biberint obliuiſcantur ſapientiam. Pleriſq;
lauſ eſt. & multum bibere. et non inebriare. Audi
ant hi aduerſum ſe dicentem prophetam. Ue
qui potenteſ eſtiſ ad bibendum uinum. et uiri for
teſ ad miſcendam ebrietatem. Uino multo deditoſ.
et luxurioſe uiuenteſ: yſaiaſ ſic arguit dicenſ. Ue
qui conſurgitiſ mane ad ebrietatem ſectandam. et
potandum uſq; ad ueſperam. ut uino ęſtuetiſ. De ta
libuſ & alio loco dicitur. Ue tibi ciuitaſ cuiuſ rex
iuueniſ eſt. et cuiuſ principeſ mane comedunt.
Multi enim a mane uſq; ad ſoliſ occubitum ebrietati

et gulę uoluptatibuſ ſeruiunt. nec intellegunt cur
nati ſunt. ſed conſuetudine beluina detenti luxurię.
tantum tota die epuliſq; inſeruiunt. Clamat iohel
propheta hiſ qui ębrietati deſeruiunt dicenſ. Exper
giſcimini ębrii et flete. & ululate omneſ qui bibitiſ
uinum in dulcedinem. Quo teſtimonio non ait
tantum flete omneſ qui bibitiſ uinum. ut bibere
omnino non liceat. ſed adiecit in dulcedinem. quod
ad uoluptuoſam pertinet et prodigam effuſionem.
Nam quantum ſatiſ eſt neceſſitati edocet timotheum
bibere apoſtoluſ dicenſ. Uino modico utere. Non ſo
lum ex uino inebriantur homineſ. ſed etiam ex cę
teriſ potandi generibuſ. quę uario modo conficiuntur.
Unde & nazareiſ qui ſe ſanctificabant domino preceptum
eſt. uinum et ſiceram non bibere. Utraq; enim ſtatum
mentiſ euertunt. et ębrioſ faciunt. Luxuriam quoq;
carniſ utraq; ęqualiter gignunt. Quidam continen
teſ ſicut panem cum pondere edunt. ita & aquam
cum menſura ſumunt. Aſſerenteſ ad caſtimoniam
carniſ etiam aquę abſtinentiam conuenire. XLIIII.

De abſtinentia ſiue ieiunio.

Hoc eſt perfectum et rationabile
ieiunium. quando noſter homo interior orat.
et exterior ieiunat. Tunc enim homo ſpiritaliſ effectuſ
angeliſ coniungitur. deoq; liberiuſ copulatur. Per
ieiunium etiam occulta myſteriorum cęleſtium re
uelantur. diuiniq; ſacramenti archana panduntur.
Sic namq; danihel angelo reuelante. myſteriorum ſa
cramenta cognoſcere meruit. Hęc enim uirtuſ & an
gelorum manifeſtationeſ. et eorum annuntiationeſ
oſtendit. Ieiunia. fortia tela ſunt aduerſuſ tempta
menta demoniorum. Cito enim per abſtinentiam

Facilius per ieiunium oratio penetrat cęlum.

deuincitur. Unde etiam dominus et saluator noster
eorum incursus ieiuniis et orationibus premonet dicens.
ita superare. Hoc genus non eicitur. nisi per orationem
& ieiunium. Inmundi enim spiritus. ibi se magis iniciunt.
ubi plus uiderint escam et potum. Sancti quam diu
in huius seculi uita inhabitant. desiderio superni roris
corpus suum aridum portant. Unde et psalmus. Siti
uit in te inquit anima mea quammultipliciter tibi
& caro mea. Caro enim tunc deum sitit. quando per
ieiunium abstinet et arescit. Abstinentia et uiuificat
et occidit. Uiuificat animam. corpus necat. Sepe abs
tinentia simulate agitur. Ieiuniaq; per ypochrisin
exercentur. Quidam enim mira inedia corpus suum
laniant. Exterminantes sicut ait euangelium facies
suas. ut appareant hominibus ieiunantes. Ore namq;
pallescunt. corpore atteruntur. cordis alta suspiria
ducunt. Ante mortem quoq; mortis sese supplicii
tradunt. Tantumq; miseri laboris exercitium non pro
dei amore. sed pro sola humanę laudis ammiratione.
sectantur. Quidam incredibiliter abstinent. ut homi
nibus curiosis sancti appareant. Sic hoc bonum absti
nentię. talibus non est uirtus deputanda sed uitium.
quia bono male utuntur. Ieiunium et elemosina in
abscondito se amant. ut solus deus qui inspicit omnia.
meritum bonorum operum rependat. Nam qui ea.
sub populari manifestatione faciunt. nequaquam a
deo iustificantur. Quia iuxta sermonem euangelicum
mercedem suam ab hominibus receperunt. Ieiunia
cum bonis operibus deo acceptabilia sunt. Qui autem
a cybis abstinent et praue agunt. demones imitantur.
quibus esca non est. et nequicia semper est. Ille enim

bene abſtinet cybiſ. qui et a malitię actibuſ. et a mun
di ieiunat ambitionibuſ. Qui exſecrationiſ ſtudio.
non abſtinentię uoto ab eſciſ carniū ſe ſuſpendunt.
hi potiuſ exectrandi ſunt. quia dei creaturā uſibuſ
humaniſ conceſſam reiciunt. Nichil enim fidelibuſ
inquinatum. nichilq; eſſe iudicatur inmundum.
P aulo atteſtante apoſtolo. Omnia munda mundiſ.
C oinquinatiſ autem et infidelibuſ nichil mundū.
ſed polluta ſunt eorum et menſ et conſcientia. Sper
nitur ieiunium. quō in ueſperum repletione cy
borum reficitur. Neq; enim reputanda eſt abſti
nentia. ubi fuerit uentriſ ſaturitaſ ſubſecuta. Sper
nitur ieiunium quod in ueſperum deliciiſ com
penſatur. Dicente yſaia propheta. Ecce in die ieiu
nii ueſtri. inuenietur uoluntaſ ueſtra. Uoluntaſ e
nim delicię intelliguntur. Sicut enim repetitio
debiti. et litiſ. et contentio. et percuſſio. ita et de
licię improbantur a propheta in ieiunio. Tota enī
die epulaſ in cogitatione ruminat. qui ad explendā
gulam ueſpere ſibi deliciaſ preparat. Non eſt cor
pori adhibenda inmoderata abſtinentia. ne dum
ampliuſ grauatur caro pondere inedię. nec malum
agat poſtea. nec bene facere cupiat. Et quę addicit
ut uſu mali careat. ſimul et boni officium dū pluſ
premitur perdat. Sollicita igitur diſcretione car
niſ eſt moderanda materieſ. ſcilicet ne aut integre
extinguatur. aut inmoderate laxetur. Infirmitate
carniſ nimia preualente. ad perfectionem pertinge
re nemo poteſt. Nam quamuiſ ſanctitatiſ amorem
quiſq; habeat. exſequi tamen non ualet operiſ me
ritum. cui intentione cordiſ deſeruire conatur.

Corporiſ debilitaſ nimia: etiam uireſ animi frangit.
Mentiſ quoq; inedia [ingenium] facit marceſcere. Nec ualet
quicquam boni per inbecillitatem perficere: neq; id
nimiſ. Nam quicquid cum modo et temperam̄to
fit. ſalutare eſt. Quicquid autem nimiſ et ultra
modum eſt. pernitioſum fit. ſtudiumq; ſuum in
contrarium uertit. In omni ergo opere: modum et
temperamentum oportet habere. Nam omne quod
excedit: periculoſum eſt. Sicut aqua quę ſi nimioſ
ymbreſ prebeat. non ſolum nullum uſum adhibet.
ſed etiam periculum exhibet. Expł. lib. II. ysidori.

Suſcipe lector amanſ paruum de corpore ſuptum.
Nam leuiuſ manibuſ ſed magni ponderiſ extat.
Quamuiſ multa dī cōdantur ſparſa per orbem.
Cernere non oculuſ poterit preſentia uitę.
Proficuuſ cunctiſ preſtat ſubſidia ſermo.
Nam goliat ualiduſ dū frendit corpore magnus.
fortior ac minimuſ pſalmiſtanſ anxia cunctiſ.
Uilior in cunctiſ ſubſtrauit nomine dauid.
Omnipotente deo qui regnat ſemper in ęthra.

EX LIBRO ETHIMOLOGIARUM.

P Patrueleſ dicti. eo quod patreſ eorum germani fratreſ. inter ſe fuerunt. fratruelis autem. matertere filii. ſeu ſobrini. Conſobrinorum filii. huy grecū eſt. Patruuſ frater patriſ. Auunculuſ eſt frater matriſ. Amita eſt ſoror patriſ. quaſi alia mat̄. Matertera eſt ſoror matriſ. quaſi mater altera. Gener aut̄ dictuſ. quod aſciſcatur ad augendum genuſ. Uitricuſ eſt qui uxorem ex alio uiro. filium aut filiam habentem duxit. Priuignuſ eſt qui ex alio patre natuſ eſt.

ET ITEM DE ETATIBUS.

Auctor mei generis michi pater est. Ego illi filius
aut filia. Patris mei pat̄ michi auus est. Ego illi
nepos aut neptis. Patris mei proauus michi abauus
est. Ego illi nepos aut nepta. Patris mei auus michi
proauus est. Ego illi adnepos aut adneptis. Patris
mei abauus michi adauus est. Ego illi adneptus
aut adnepta. Patris mei adauus michi tritauus est.
Ego illi trinepos aut trineptis. Patrui mei pat̄ michi
pater est. Ego illi frīs filius aut filia. Patrui mei pat̄
michi pater magnus est. Ego illi frīs filius aut filia.
Patrui mei auus michi pauus est. Ego illi filii filię.
nepos aut neptis. Patrui mei abauus michi abpatru
us est. Ego illi neptis. filius aut filia. Patris mei soror
michi amita est. Ego illi frīs filius aut filia. Amitę
meę mater michi amita magna est. Ego illi filii
frater. filius aut filia. Amitę meę auia michi pamita
est. Ego illi neptis filius aut filia. Amitę meę proauia
michi proabamita est. Ego illi neptis nepos. aut nep
tis. Matris meę frater michi auunculus est. Ego illi
sororis filius aut filia. Auunculus mei patris michi
auunculus magnus est. ET ITEM DE REGIBUS
ET DUCIBUS.

Audite ergo reges et intelligite. discite finiũ iudi
ces terrę. Prebete aures uos qui continetis multi
tudinem. et placetis uobis in turbis nationum. Qm̄
data est a dn̄o potestas uobis. et uirtus ab altissimo.
qui interrogabit opera uestra. et cogitationes scruta
bitur. Qm̄ cum essetis ministri regni illius. non recte
iudicastis. neq; custodistis legem iustitię. neq; scd̄m
uoluntatem dei ambulastis. Horrende et cito ap
parebit uobis. qm̄ iudicium durissimum in his qui

preſunt fiet. exiguo enim conceditur miſericordia. Potenteſ autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam dominuſ. nec uerebitur magnitudinem cuiuſquam. Quoniam puſillum et magnum ipſe fecit. et aequaliter cura eſt illi de omnibuſ. fortioribuſ autem fortior inſtat cruciatio. Ad uoſ ergo regeſ ſunt hi ſermoneſ mei. ut diſcatiſ ſapientiam et non excedatiſ. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam . iuſte iudicabuntur. Et qui didicerint iuſtitiam . inuenient quid reſpondeant.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI ~~QUI~~ TERTII

I	De flagelliſ dei.	XX	De humilitate.
II	De gemina percuſſione.	XXI	De monachiſ qui curiſ ſeculi occupantur.
III	De infirmitate carniſ.	XXII	De hiſ qui mundi amore praepediuntur.
IIII	De tolerantia diuinae correptioniſ.	XXIII	De iactantia.
V	De temptationibuſ diaboli.	XXIIII	De ypocriſi.
VI	De temptatione mentiſ ſomniorum.	XXV	De inuidia.
VII	De oratione.	XXVI	De ſimulatione.
VIII	De electione.	XXVII	De odio.
VIIII	De aſſiduitate legendi.	XXVIII	De dilectione.
X	De doctrina ſine gratia.	XXVIIII	De fictiſ amiciſ.
XI	De ſuperbiſ lectoribuſ.	XXX	De amicitia munere orta.
XII	De carnalibuſ lectoribuſ.	XXXI	De malorum concordia.
XIII	De libriſ gentilibuſ.	XXXII	De correptione fraterna.
XIIII	De conlatione.	XXXIII	De praepoſitiſ eccleſiae.
XV	De contemplatione et actione.	XXXIIII	De indigniſ praepoſitiſ.
XVI	De contemptoribuſ mundi.	XXXV	De indoctiſ praepoſitiſ.
XVII	De ſanctiſ qui ſe a conſortio ſeculi ſeparantur.	XXXVI	De doctrina et exempliſ praepoſitorum.
XVIII	De praeceptiſ altioribuſ monachorum.	XXXVII	De hiſ qui bene docent et male uiuunt.
XVIIII	De opere monachorum.	XXXVIII	De exempliſ prauorum ſacerdotum.

XXXVIIII De p̄positis carnalibus.
XL De iracundis doctorib9.
XLI De superbis doctoribus.
XLII De humilitate p̄positorū.
XLIII De doctrinę discretione.
XLIIII De sylentio doctorū.
XLV De p̄benda sacerdotali p̄fectione in plebe.
XLVI De disciplina sacerdotum in his quę delinquunt.
XLVII De subditis.
XLVIII De prelatis.
XLVIIII De sc̄is uiris.
L De iustitia principū.
LI De patientia principū.
LII De delictis p̄ncipū siue excessu plus.
LIII Q̄d p̄ncipes legibus teneantur.
LIIII De disciplina p̄ncipū in ecclesia.
LV De iudicibus.
LVI De prauis iudicibus.
LVII De uerbosis & iracūdis iudicib9.
LVIII De acceptione p̄sonarū.
LVIIII De muneribus.
LX De testibus.
LXI De causidicis.
LXII De opp̄ssorib9 pauperū.
LXIII De his q̄ uolūtati dī resistunt.
LXIIII De tribulatione iustorū.
LXV De amatorib9 mundi.
LXVI De amatoribus milię. — De elemosinis.
LXVII De breuitate hui9 uitę.
LXVIII De exitu animę.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER TERTIUS SENTENTIARUM YSIDORI DE FLAGELLIS DI.

Diuinę sapientię subtilitas. sicut interius ut testis scrutatur conscientias. ita exterius inrogat poenas. Ut uerum sit testimonium prophetę. qa ipse est et testis et iudex. Miserere domine misero ysidoro indigna agenti. & digna patienti. assidue peccanti. & tua flagella cotidie sustinenti. Ordinata est miseratio dei quę prius hic hominem p̄ flagella a peccatis emendat. et postea ab ęterno supplicio. Electus enim dei. doloribus uitę huius atteritur. ut p̄fectior p̄miū futurę uitę lucretur. Nequaquam deus delinquenti parcit. quoniam peccatorem aut flagello temporali ad purgationem ferit. aut iudicio ęterno puniendū relinquit. aut ipse in se homo pęnitendo punit. quod

male admisit. Ac proinde est quod deus delinquenti
non parcit. Iustis temporalia flagella. ad eterna
proficiunt gaudia. Ideoq; & iustus in poenis gaude
re debet. et impius in prosperitatibus timere debet.
Neq; iusto neq; reprobo deus misericordiam & iusti
tiam subtrahit. Nam & bonos hic per afflictionem
iudicat. & illuc remunerat per miserationem. Et
malos hic remunerat per temporalem clementiam.
& illuc punit per eternam iustitiam. In hac uita deus
parcit impiis. et tamen non parcit electis. In illa parcit
electis. non tamen parcit iniquis. Periculosa est secu
ritas in hac uita malorum. & bonorum dolor tran
quillus. Nam iniquus post mortem ducitur crucian
dus. Iustus uero dormit post laborem securus. Non
tantum de corporalibus passionibus. sed etiam de
spiritualibus oportet intelligi. ut quanto quisq; aut
in corpore aut in mente flagella sustinet. tanto se in
fine remunerari speret. Sepe occulto dei iudicio extra
flagelli correptionem sunt reprobi in hoc mundo.
Dumq; multa dampnabilia commisisse uideantur.
despecti tamen a deo. nullo emendationis uerbere
feriuntur. Plus corripitur flagello qui a deo diligitur
si peccauerit. Dicente amos propheta. Tantummodo
uos cognoui ex omnibus nationibus terrę. Idcirco ui
sitabo super uos omnes iniquitates uestras. Quem enim
diligit dominus corripit. flagellat autem omnem
filium quem recipit. Ualde pernecessarium est iustum
in hac uita. et uitiis temptari. et uerberari flagello.
ut dum uitiis pulsatur. de uirtutibus non superbiat.
Dum uero aut animi aut carnis dolore atteritur.
a mundi amore retrahitur. Temptari autem oportet

iustum. sed temptatione plagę. non temptatione luxu
rię. Durius circa suos electos in hac uita agit deus. ut dũ
fortioribus flagelli stimulis feriuntur. nulla oblectam
ta presentis uitę illos delectent. sed celestem patriam ubi
certa requies expectatur. indesinenter desiderent. Elec
tos uitę istius aduersitate probari. ut secundum petrũ
iudicium a domo dei incipiat. dum in hac uita electos
suos deus iudicii flagello castigat. II. DE GEMINA

PERCUSSIONE

Gemina percussio est diuina. Una
in bonam partem qua percutimur carne. ut e
mendemur. Altera qua uulneramur conscien
tia ex caritate. ut deum ardentius diligamus. Gemino
more deus respicit. uel ad ueniam uel ad uindictam.
Ad ueniam sicut petrum. Ad uindictam. sicut dum
facta sodomorum se descensurum et uisurum testat.
Trimoda ratione deus quos uoluerit percutit. Id est ad
dampnationem percutit reprobos. Ad probationem (l purga)
quos errare uidet electos. Ad propagandam merito
rum gloriam iustos. Primo namq; modo egyptus per
cussa est ad dampnationem. Secundo modo. pauper
lazarus ad curationem. Tercio modo percussus est iob
ad probationem. Flagellatur homo plerumq; a deo.
ante peccatum. ne malus sit. ut paulus qui sathane an
gelo instigante carnis tolerabat stimulos. Flagellatur
etiam et post peccatum ut corrigatur. sicut ille in a
postolo qui traditus est sathanę in interitum carnis.
ut spiritus saluus esset. Non tamen iuste murmurat
etiam qui nescit cur uapulat. Nam deus ideo plerũq;
iustum flagellat. ne de iustitia superbiens cadat. In
hac uita deus tantomagis studet ut parcat. quanto
magis expectando flagellat. sed alios feriendo corrigit.

De quibuſ dicit. Ego quoſ amo arguo et caſtigo. Alioſ fe
riendo punit. quoſ incorrigibiliter delinquenteſ aſpicit.
Quoſq; iam non ſub diſciplinā ut filioſ pater. ſed diſtric
ta dampnatione ut hoſtiſ aduerſarioſ percutit. De quib;
dicit. flagello inimici percuſſi te. caſtigatione crudeli.
Et iterum. Quid clamaſ ad me ſuper contritione tua.
inſanabiliſ eſt dolor tuuſ. Unde unuſquiſq; feſtinet &
metuat ne ſimul finiatur uita eiuſ cum culpa. flagellū
namq; tunc diluit culpam. cum mutauerit uitam.
Nam cuiuſ moreſ non mutat. actioneſ non expiat. Om
niſ diuina percuſſio aut purgatio uitę preſentiſ eſt.
aut initium penę ſequentiſ. Nam quorundā flagella
ab hac uita inchoant. et in ęterna percuſſione perdu
rant. Unde per moyſen dominuſ dicit. Ignuſ exarſit in
ira mea. et ardebit uſq; ad inferoſ deorſum. A quibusdā
dici ſolet non iudicat dſ biſ in id ipſum. Qui tamen non
attendunt illud quod aliāſ ſcriptum eſt. Ihc populum
de terra ęgypti liberanſ. ſecundo eoſ qui non credide
runt perdidit. Quamuiſ enim ſi una culpa biſ non
percutitur. una tamen percuſſio intelligitur. quę hic
cepta illic perficitur. ut in hiſ omnino qui non corri
guntur. precedentium percuſſio flagellorum. ſequen
tium ſit initium tormentorum. Hinc eſt quod in pſal
mo ſcribitur. Operiantur ſicut dipployde confuſione
ſua. Dipployſ enim dupplex ueſtimentum eſt. quod
figuraliter induuntur qui et temporali poena et ęter
na dampnantur. Unde & hieremiaſ. Contritio ſuper
contritionem. id eſt gemina dampnatio. & hic & in fu
turo ſeculo. Et idem alibi. Et dupplici contritione
contere eoſ. id eſt gemina poena preſenti ſcilicet et
futura. Quibuſdam ſecreto dei iuditio, hic male eſt.

illuc bene. Scilicet ut dum hic castigati corriguntur. ab æterna dampnatione liberentur. Quibusdam uero hic bene est illuc male. Sicut diuiti illi accidit. qui hic potentię claritate conspicuus. post mortem gehennę incendiis traditur cruciandus. Porro quibusdam hic male. & illuc male est. quia corrigi nolentes. et flagellari in hac uita incipiunt. & in æterna percussione dampnantur. In tanto inmergi quosdam desperationis profundo. ut nec per flagella ualeant emendari. De quibus recte per prophetam dominus dicit. Frustra percussi filios uestros. disciplinam non receperunt. Plerumque iustus plangit. et nescit utrum pro omnibus peccatis presentia patiatur flagella. an pro uno tantum. & nescit quę sit culpa illa. pro qua meruit huiusmodi pati supplicia. & pro ipso ambiguo inmemor maxime uexatur. Quamuis flagella presentia iustum a peccatis absoluant. adhuc tamen sub metu uindictę turbatur. ne instantes ei plagę non sufficiant ad purganda delicta. Proinde ergo dum presentia patitur. et futura pertimescit. quodam modo sicut ait propheta pro suis peccatis dupplicia recipit.

III. De infirmitate carnis.

Esse nonnulli eiusdem qualitatis homines qui nesciant corrigi. nisi alios uiderint flagellari. Sicque proficiunt comparatione malorum. dum sibi id accidere timent. in quo perire alios uident. Quosdam uidens deus nolle proprio uoto corrigi. aduersitatum tangit stimulis. Quosdam etiam presciens multum peccare posse in salutem. flagellat eos corporis infirmitate ne peccent. ut eis utilius sit frangi langoribus ad salutem. quam manere incolumes ad damp-

nationem. Uiſitatio dei nec ſemper in bonum accipi
tur. nec ſemper in malum. In bonum enim accipitur.
ſicut eſt illud. Uiſita noſ in ſalutari tuo. In malum
uero iuxta illud. In tempore uiſitationiſ ſuę peri
bunt. Tribuſ ex cauſiſ infirmitateſ accidunt corpo
ri. Id eſt ex peccato. ex temptatione. ex intemperantię
paſſione. Sed huic tantum nouiſſimę. humana po
teſt medicina ſuccurrere. Illiſ uero ſola pietaſ diui
nę miſericordię. Qui ualentioreſ ſunt et ſani. utile
eſt illiſ infirmari et non peccare. ne per uigorem ſa
lutiſ inlicitiſ ſordidentur cupiditatum et luxurię
deſiderijſ. Duritiaq̄ mentiſ premit nec ſentitur. uti
liter mutatur in carne ut ſentiatur. atq; intellecta
emendetur. Nam citiuſ uulnera carniſ ſentiuntur
quam animę. Ideoq; per carniſ flagella erranteſ ci
tiuſ corriguntur. Hoc quippe indicant pauli ſquamę
infidelitatiſ. quę dum mutatę ſunt per increpationē
in oculiſ carniſ. confeſtim reſoluta eſt duritia mentiſ.
Eſt perniciosa ſanitaſ quę ad inobedientiam homi
nem ducit. Eſt et ſalubriſ infirmitaſ. quę per diuinā
correptionem mentem a duritia frangit. Langor a
nimę. id eſt peccatorū infirmitaſ. perniciosa eſt. De
qua etiam apoſtoluſ ait. Quiſ infirmatur & ego non
infirmor. Nam infirmitatem carniſ utilem eſſe. idem
apoſtoluſ approbat dicenſ. Quando infirmor. tunc
fortior ſum.

IIII. De tollerantia diuine correptionis

Murmurare in flagelliſ dei peccator homo non
debet. quia maxime per hoc quod corripit
emendatur. Unuſquiſq; autem tunc leuiuſ portat
quod patitur. ſi ſua diſcuſſerit mala. pro quibuſ illi
refertur retributio iuſta. Diſcat non murmurare qui

mala patitur. etiam si ignorat cur mala patiatur. Et per hoc iuste se pati arbitretur. per quod ab illo iudicatur cuius numquam iniusta iudicia sunt. Qui flagella sustinet et contra deum murmurat. iustitiam iudicantis accusat. Qui uero se cognoscit a iusto iudice pati que sustinet. etiam si pro quo patitur ignorat. per hoc iam iustificatur. per quod se ipsum accusat. et dei iustitiam laudat. Dum ex rebus prosperis utilia iustus exempla prestat hominibus. necesse est eũ iterum et aduersitatibus tangi. quatinus eius patientia comprobetur. ut denuo fortitudinis documenta ex eo sumant. qui prosperitatis eius temperantiam agnouerunt. Qui passionibus animę insidiante aduersario cruciatur. non idcirco se credat alienari a xpisto quia talia patitur. sed magis per hoc deo commendabilem se esse existimet. Sed dum hęc patitur. laudet deum potius non accuset. Ad magnam utilitatem diuino iudicio mens iusti diuersis passionũ temptationibus agitatur. pro quibus si deo gracias egerit. suęq; culpę quod talia dignus sit reputauerit. hoc quod ex passione tolerat. ei in uirtutibus reputabitur. Quia et diuinam agnoscit iustitiam. et suam culpam intelligit. V. DE TEMPTATIONIB; diaboli.

Multis calamitatum temptationibus iustus in hac uita pulsatur. Unde et optat ab hoc sclo funditus euelli. quo erumpnis careat. et fixam illuc securitatem inueniat. Inter eas poenas quas iustus in corpore patitur. atq; eas quas in mente per fraudem diaboli tolerat. multum interest. Nam grauius fert quas interius luget. quam eas quas exterius sustinet. Per has enim et locum euitat et tempora. Per illas ũ

nec locum poteſt euitare nec tempora. Non ampliuſ
temptat electoſ diaboluſ. quam dei uoluntaſ permit
tit. Temptando autem ſanctorum profectibuſ. ſeruit.
Et ſi nolenſ. utilitati tn̄ tamen ſanctorum diaboluſ ſeruit.
quando eoſ. temptationibuſ ſuiſ non decipit ſed potiuſ
erudit. Nam temptationeſ quaſ ille ad humanum
interitum mouet. interdum xpiſtuſ ad exercitatio
nem uirtutum. ſalubri utilitate conuertit. Inſidię
diaboli atq; aſtutię quamuiſ huc atq; illuc queren
teſ quem deuorent diffundantur: a poteſtate tamen
diuina non egrediuntur. nec tantum noceant. quan
tum malitioſe contendunt. Nam quando ſanctorum
uirtuſ tanta tolerare potuiſſet. ſi ſuperna diſpenſatio
pio moderamine nequitiaſ demonum non frenaret?
Et licet diaboluſ iuſtiſ temptationem ſemper infer
re cupiat: tamen ſi poteſtatem a deo non accipit. nulla
tenuſ adipiſci poteſt quod appetit. Unde et omniſ
uoluntaſ diaboli iniuſta eſt. ſed tamen permittente
deo numquam poteſtaſ iniuſta. Ex ſe enim temp
tare diaboluſ quoſlibet iniuſte appetit. ſed eoſ qui
temptandi ſunt. [ut temptandi ſunt.] non niſi temptare deuſ [niſi] iuſte permit
tit. Unde etiam in libriſ regum de diabolo ſcriptum
eſt. Quia ſpirituſ domini maluſ irruebat in ſaul..
Ubi iuſte queritur. ſi dei. cur maluſ? ſi maluſ cur
domini? Sed duobuſ uerbiſ comprehenſa eſt & do
mini poteſtaſ iuſta. et diaboli uoluntaſ iniuſta. Nā
ſpirituſ maluſ per nequiſſimam uoluntatem. et idem
domini ſpirituſ per acceptam iuſtiſſimam poteſtatem.
Diaboluſ non eſt inmiſſor ſed incentor. qui incitat
uitia potiuſ uitiorum. Neq; enim alibi concupiſcentię
fomenta ſuccendit. niſi ubi priuſ prauę cogitationiſ

delectationeſ aſpexerit. Quod ſi a nobiſ ſpernitur. ſi
ne dubio ille confuſuſ abſcedit. ſtatimq; franguntur
iacula concupiſcentię eiuſ. contemptaq; iacent. & ſi
ne luce facieſ illiuſ. Sollicite hoſtiſ inſidiaſ intellige
re pariter & cauere dei ſeruum oportet. Sicq; in in
nocentia uitę exiſtere ſimplicem. ut tamen oporteat
cum ſimplicitate eſſe prudentem. Qui prudentiam
ſimplicitati non miſcet. iuxta prophetam columba
eſt ſeducta non habenſ cor. Sed ideo columba quia
ſimplex. Ideo autem cor non habenſ. quia ignara pru
dentia eſt. Sepe fraus ſathanę ſanctorum cordibuſ a
peritur. quando per ſpeciem boni angelum ſe ſimu
lanſ lucis. dum ni titur electoſ decipere. detegitur
atq; contempnitur. Sic et uerba fallaciſ doctrinę deuſ
ſanctiſ facit intelligere. quatinuſ diabolicum errorē
interiuſ cognoſcant ac ſollicite caueant. Diſcretio ſanc
torum tanta eſſe debet. ut inter bonum et malum
prediti ratione diiudicent. ne eoſ diaboluſ per ſpeci
em boni fallat. Neceſſe eſt enim percunctatio ioſuę
dicentiſ. Noſter eſ an aduerſariorum. Propter hoc
& hieremię dicitur. Si ſeparaueriſ precioſum a uili.
quaſi oſ meum eriſ. Tunc enim bene de ſe iudicant
ſancti. quando eoſ deuſ fallacia demonū tempta
menta facit intelligi. Multi decipiuntur a diabolo.
et ignorant ſe eſſe deceptoſ. Prophetę oſeę teſtimonio
declarante. Comederunt inquit alieni robur eiuſ. et
ipſe ignorauit. Alieni namq; maligni ſpirituſ ſignifi
cantur. qui uirtuteſ mentiſ comedunt. Sed hęc cor
da negligentium non intelligunt. Tan quam inher
miſ diaboluſ uincit . quando de aperta iniquitate
hominem deprauare conatur. Armatuſ uero tunc

incedit. dum per ſpeciem ſanctitatiſ et uirtutiſ hęc quę
ſancta ſunt deſtruit. Quando et qui decipitur ſua
detrimenta non ſentit. ſed tamquam ſint uirtuteſ quę
ſunt uitia ſectatur & diligit. In oculiſ carnalium diabo
luſ terribiliſ eſt. In oculiſ electorum terror eiuſ uiliſ
eſt. A crudelibuſ ut leo timetur. A fortibuſ in fide
ut uermiſ contempnitur. atq; ad momentum oſtenſuſ.
repellitur. Qui ſuggeſtioneſ diaboli non recipit. in
eiuſ inſidiaſ minime tranſit. Nam facile in conſequenti
opere repellitur. ſi prima oblectamenta illiuſ reſpuantur.
Diaboluſ enim ſerpenſ eſt lubricuſ. cuiuſ ſi capiti id eſt
primę ſuggeſtioni non reſiſtitur. totuſ in interna cordiſ
dum non ſentitur inlabitur. Temptationum diabolica
rum initia fragilia ſunt. quę ſi non caueantur. ſed per
uſum in conſuetudinem tranſeant. in nouiſſimiſ fortiter
conualeſcunt. Ita ut aut numquam. aut cum difficul
tate uincantur. Dum in tota uita diaboluſ hominem
preuaricare cupiat. ampliuſ tamen in fine molitur
decipere. Hinc eſt quod in principio contra protoplaſtum
ſerpenti eſt dictum. Et tu inſidiaberiſ calcaneo eiuſ. Quia
nimirum hominem quem diaboluſ in curſu preteritę
uitę non decipit. in nouiſſimiſ ſubplantare diſponit.
Proinde quamuiſ quiſq; ſit iuſtuſ. numquam neceſſe eſt
ut ſe non cuſtodiat in huiuſ uitę recurſu. Sed ſemper
humiliſ caueat. ſemperq; ne in fine corruat ſollicituſ
pertimeſcat. Diaboluſ ſuiſ fautoribuſ blanditur. dei uero
ſeruiſ molitur ei temptamenta contraria. Exemplo
domini qui ſe poſt baptiſmum paſſuſ eſt a diabolo
pertemptari. Diaboluſ ſanctoſ omneſ non tenendo
poſſidet. ſed temptando perſequitur. Nam quia non
in eiſ intrinſecuſ regnat. contra eoſ extrinſecuſ pugnat. Et quia interiuſ amiſit do

minium: exterius cōmouet bellum. Tunc contra eum
quem poſſidet diabolus acrius ſeuit. quando ſe ab eo
uirtute diuina expellendum cognoſcit. Unde inmū
dus ſpiritus tunc decerpſit grauius puerum in quo
habitabat. quando ad xpisti imperium exire ab eo
coactus eſt; quod ~~erat~~ factum: Et ad iob uerba reſpi
emoth cit. ubi in nouiſſimis behemoth caudam ſuam quaſi
cedrus adſtringit. Plus contra eos diabolum diuerſis
temptationibus inſiſtere. quos ꝓſpicit aliis ſua uti
litate prodeſſe. ut dum illi impediuntur. non profi
ciant qui docendi ſunt. Maligni ſpiritus hoc quod
nos mundare cupimus: ſine intermiſſione temptant
iterum ſordidare. Sancti autem preſago ſpiritu. eorū
inſidias recognoſcunt. Et quicquid in ſemet ipſis terre
num ſentiunt: indeſinenter operibus ſanctis exhauri
unt. ut de intimis puri inueniantur. Eodem blandi
mento decipiuntur nunc per diabolum homines. quo
protoplaſti in paradiſo ſunt decepti. Multis enim uicio
rum preſtigiis. mentes reproborum pertemptando de
ludit. Nunc enim promiſſis decipit. nunc rebus tranſito
riis quaſi neceſſariis inlicit. nunc etiam ipſi inferni ſuppli
cia quaſi leuia & tranſitoria ſuggerit. quatinus miſerorum
corda in cupiditate laſciuiaq; diſſoluat. ſecumq; ad tarta
ra ducat. Argumenta machinationum malarumq; cogita
tionum ſemina quę in cordibus hominum diabolus fun
dit. ita ſepe undiq; captam implicant mentem. ut ex qua
parte euadere quiſq; temptauerit: ſine periculo exire nō
poſſit. Ueluti ſi iures hoc facere. quod ſi feceris pecces. ſi nō
feceris reus periurii ſis. In tanto ergo mali diſcrimine ut eua
dendi aditus pateat: Minora potius eligenda ſunt. ut ma
iora uitentur. Diabolus quando decipere temptauerit. prius
quęquam

naturam uniuſcuiuſq; intendit. & unde ſe applicat. unde
aptum hominem ad peccandum inſpexerit. Ex ea parte
homineſ diaboluſ temptat. qua eoſ ex creſcente humore corpis.
facile inclinare ad uicia conſpicit. ut ſecundum humoriſ
conſparſionem. adhibeat & temptationem. Lege balaã.
qui in figura diaboli contra populum dei ex ea parte
precipit pernitioſoſ pretendere laqueoſ. ex qua ſenſit
eoſ faciliuſ eſſe lapſuroſ. Nam & quia quam alicubi de
ducit. non eam per aliam partem mittit. niſi ubi impe
tum eiuſ intendit. Nulluſ culpam non eſtimet. quam
ex paſſione propria ſuſtinet. ſed quantum ualet. contra
id quod tolerat pugnet. Nam ſi paſſioni ceditur.
temptationi uel uitio nequaquam reſiſtitur. Ideo dia
boluſ in ſacriſ eloquiiſ behemoth ideſt animal dicitur.
quia de cęliſ lapſuſ. ad terram cecidit. Ideo leuiathan.
ideſt ſerpenſ de aquiſ. quia in huiuſ ſeculi mare. uo
lubili uerſatur aſtutia. Auiſ uero propterea nominatur.
quia per ſuperbiam ad alta ſuſtollitur. Et recte hiſ
tribuſ uocabuliſ appellatur. quia pro ſuo merito aerem.
quaſi auiſ pro carcere meruit. Terram. ut animal bru
tum ſit. Serpenſ. ut in huiuſ ſeculi mare inſana iacte
tur fluctuatione. Ex eo enim quod per membra ſua
diaboluſ operatur. ſortitur uocabula. Ita et quod ſingu
li agunt incitante illo ipſe nominetur ex eo. Quē enī
non decipit diaboluſ. Unde animal eſt. hoc et per
carniſ luxuriam temptat. Unde ſerpenſ eſt. hoc et per
cupiditatiſ ac nocendi malitiam. Quem enim non ſic
decipit inſidiator. Unde auiſ eſt. hoc et per ſuperbię
ruinam. Undiq; enim doloſ preparat quouſq; inue
niat uiam per quam incautum decipiat. Aliud eſt
intrare in mentem cuiuſquam diabolum. aliud uero

inhabitare. Nam & in cordibuſ ſanctorum ingreditur.
dum malam ſuggeſtionem inſinuat. ſed non habitat
in eiſ quia in ſuo corpore non eoſ tranſducit. Qui uero
in corpore eiuſ ſunt. ipſoſ inhabitat quia ipſi ſunt tem
plum eiuſ. Et ſi ſubripuerint menteſ electorum dia
boluſ. non tam in eiſ requieſcit. ſicut in cordibuſ
reproborum. Nam calore fidei magiſ excitatur ut exe
at ab electiſ. Nonnulli quoſ iam auido ore diaboluſ
deuorauerat. rurſuſ diuini iudicii occulta miſeratio
ne ab eiuſ ore eripiuntur. & ſaluti reſtituuntur. Nam
ſepe multoſ quoſ antiquuſ hoſtiſ luxurię uoragine
merſoſ tenuit. potentia diuina per poenitentiam ab
eiuſ faucibuſ traxit. Quomodo de bonorum interitu.
propheta electam dicit eſſe diaboli eſcam. dum alibi ſcrip
tum ſit de illo. fęnum ſicut boſ comedet. Niſi quod in
oculiſ dei foenum ſunt. qui electuſ cybuſ ſecundum ho
mineſ eſſe uidentur. Ac per hoc quod de bonorum nu
mero pereunt apud homineſ electi. apud deum fęnum
exiſtunt. Eum diaboluſ iam deglutiſſe dicitur. quem
perfecto ſcelere deuoraſſe uidetur. Eum uero quem nō
deglutiuit operiſ perfectione. ſed temptationum illece
briſ mordet ut deuoret. adhuc quaſi maxillam man
dit. Unde & pauluſ habet ſtimuloſ carniſ. quibuſ humi
lietur. non habet peccandi perfectionem. qua deglutiat.
Oſ diaboli uerba eiuſ ſunt. Uerba uero eiuſ. inſpirationeſ
occultę ſunt. quibuſ corda hominum alloquenſ. occultiſ
urit cupiditatibuſ. Quidam ob incorrigibilem iniqui
tatem qua ſponte non corriguntur. inmundiſ ſpiritib'
uexandi traduntur. ut arripiendi eoſ demoneſ corpo
raliter habeant poteſtatem. terroribuſq; eorum afflic
ti humilientur. peniteant & ſaluentur. Sicut & apoſtoluſ

corinthiſ ſcribenſ dicit. tradere huiuſmodi hominē ſathanę in
interitum carniſ. ut ſpirituſ ſaluuſ ſit. Utile eſt enim
quoſdam peccanteſ ut in anima ſaluentur. ſathanę
corporaliter deputari. quatinuſ ex preſenti correptione
futurum iudicium timeant. & de cętero delinquere ca
ueant. Quidam autem poteſtati demonum ad emenda
tionem deputantur. Quidam uero deſpecti: ad ſolam
perditionem traduntur. Numquam diabolus aduerſuſ
iuſtum hominem temptamenta inmittere ceſſat. Aut e
nim tribulationeſ cordiſ illi exaggerat: aut doloreſ corpo
riſ ſuſcitat. Hinc eſt quod apoſtoluſ ait. Datuſ eſt michi
ſtimuluſ carniſ. angeluſ ſathanę qui me colafizet. Sepe
iuſti mentem uariiſ uexationum doloribuſ uiſ demonū
cruciat. Unde interdum uſq; ad deſperationiſ anguſtiam: coartatur.
Permanenti autem in dei amore animę. et ipſa taliſ anguſ
tia ad meritum proficit. Nam & ſiue in animo ſiue in cor
pore per inſtinctum inmundorum ſpirituum. quęlibet ad
uerſa iuſtuſ patiatur: ex dei utiq; permiſſu id patitur.
Quod ſi hoc ipſum ad dei gloriam humiliſ referat & dicat.
quod pro corporiſ paſſione iob dicit. Si bona ſuſcepimuſ
de manu domini. mala quare non ſuſcipiamuſ. Iſte nō
ſeparatur a deo. ſed coniungitur. qualibet attroci anguſ
tia torqueatur. Multa iuſtuſ in anima aduerſa patitur:
inſtigatione demonum. Sed talibuſ temptamentiſ: perire
uitę ęternę non poteſt. quia piuſ dominuſ ad dampnati
onem culpę noſtrę n deputat. quod de ſuę maieſtatiſ per
miſſu nolenſ qui . . patitur portat. Nam ibi peccamuſ
ubi cupiditatem uel uoluntatem deflectimuſ. ubi uero
uiolenter adducimur. & ſi facinuſ aut flagitium non eſt:
miſeri tamen pro flagitio & facinore ſumuſ. Sed qui deum
pro inrogata laudat miſeria. permiſſo procul dubio caret facinore.

II· De tēptam̄tis somnioꝝ

Plerumque demones in noctibus occurrentes humanos
sensus per uisiones conturbant. ut formidolosos & timidos
faciant. Aliquotiens & desperatione peccatorum mentem
conuersi per soporem conturbant. horrendaque gehennę
supplicia ministrant. Nonnumquam autem et aperta im
pugnatione grassantes. humana corpora uerberant. Quod
tamen deo permittente. malis fit ad uindictam. iustis
ad tolerantię gloriam. Plerumque inmundi spiritus eos quos
incumbere in seculi amore conspiciunt. dormientes qua
dam uanę spei prosperitate inludunt. Quosdam uero
quos formidare aliqua aduersa persentiunt. dormien
tes inani terrore concutiunt. Sicque miserorum corda ua
riis illusionibus intentantes. modo uacua prosperitate
demulcent. modo uana formidine terrent. Qui autem
nullius aut rari conscii sunt delicti. aut numquam aut raro ter
roribus fatigantur nocturnis. Sed placito sompno quies
centes interdum etiam per soporem quedam archana &
mystica contuentur ac uident. Qui uero corda sua gra
uioribus uiciis polluerunt. conscientię pauore inlusi speci
es tremendas aspiciunt. Fallax enim imago. mentes misero
rum diuersis eludit imaginibus. Et quos uigilantes in ui
cia traxit. dormientes fatigat. ut numquam securos requi
escere sinat. Nonnumquam etiam electorum mentes.
horrendis imaginibus sompniorum. spiritus inmundi ter
rificare conantur. Et quos uigilantes uitiis temptant nec
superant. acriter dormientes impugnant. Sancti autem &
si ad momentum huiusmodi uisionibus commouentur. mox
tamen euigilantes illusionum uanitates despiciunt. inten
tionemque suam protinus ad deum conuertunt. Diuersę
qualitates sunt sompniorum. Quędam enim ex saturi
tate seu inanitione occurrunt. quę etiam per experientiam

nota ſunt. Quedam uero ex propria cogitatione oriunt̄.
Nam ſepe quę in die cogitamuſ: in noctibuſ recognoſcimuſ.
Nonnullę autem uiſioneſ. ſpirituum inmundorum fiunt
illuſione. Salomone probante. Multoſ enim errare fece
runt ſompnia & illuſioneſ uanę. Porro quedam iuſto fiunt
modo ideſt ſupernę reuelationiſ myſterio. Sicut legitur
in lege de ioſeph filio iacob. qui ſompnio fratribuſ preferen
duſ predicitur. Uel ſicut in euuangelio de ioſeph ſponſo
marię. qui ut fugeret cum puero in ęgypto ſompnio ā
monituſ eſt. Nonnumquam & permixtę accidunt uiſio
neſ. ideſt cogitatione ſimul & illuſione. atq; item cogita
tione & reuelatione. danihele dicente. Tu inquit rex
cogitare cepiſti in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt
hec. Et qui reuelat myſteria. oſtendit tibi quę uentu
ra ſunt. Etenim ſepe ea in quibuſ cogitationum noſtra
rum ſenſum porrigimuſ. quodam mentiſ exceſſu reue
lantur dum requieſcimuſ. Quamuiſ nonnulla uera
ſint ſompnia: facile tamen eiſ credi non opuſ eſt. quia ad
uerſiſ imaginationum qualitatibuſ oriuntur. & unde
ueniant. rare conſiderantur. Tam facile igitur ſompnii
fideſ habenda non eſt. ne forte ſathanaſ in angelum luciſ
ſe tranſformanſ. quemlibet incautum fallat. et aliqua
erroriſ fraude decipiat. Nonnumquam interdum demo
neſ deceptoria fraude. ita quoſdam curioſoſ obſeruanteſq;
inludunt. ut quędam ſompnia non aliter eueniant quā
oſtenduntur. Ut enim in multiſ fallant: interdum &
uera nuntiant. Sed quamuiſ ita accidant. contempnen
da ſunt. ne forte de inluſione procedant. Recolenteſ
teſtimonium ſcripturę dicentiſ. Si dixerint uobiſ et e
uenerit. non credatiſ. Sompnia ſimilia ſunt auguriiſ. et
qui ea intendunt. reuera auguria renoſcuntur. Non eſſe

uera ſompnia quę cogitanſ animuſ die noctuq; ſibi imagi
natur. Menteſ enim nonnumquam ipſę ſibi ſompnia
fingunt. Sepe dum priora mala per triſtem memoriam
ac gehennę uindictam: in nobiſ ipſiſ recolendo imagi
namuſ. Huiuſmodi mentiſ imaginatione. aut de prete
ritiſ amiſſiſ aut de futuriſ ſuppliciiſ memoriã uigilan
tibuſ fiunt. & per uiſioneſ ſompniaq; occurrunt. & co
gitantium menteſ concutiunt. Nam una ui memorię
fiunt utraq;. ſiue uigilantibuſ ſiue dormientibuſ nob.
Tali enim animi motione. orribili pauore etiam per qui
etem concutimur. Et quam grauia ſunt quę comiſi
muſ. & quam dura quę pertimeſcimuſ. mentiſ aſpectu e
tiam in ſompnia contemplamur. Non eſſe peccatum. qn̄
nolenteſ imaginibuſ nocturniſ inludimur. Sed tunc eſſe
peccatum. ſi ante quam inludamur cogitationiſ affectib'
preuenimur. Luxurię quippe imagineſ quaſ in ueritate
geſſimuſ. ſepe dormientibuſ in animo apparent. Sed tę
ſunt innoxię. ſi non concupiſcendo occurrunt ei. qui
nocturna illuſione polluitur. Quãuiſ & ſi extra memo
riam turpium cogitationum ſe perſentiat inquinatum.
tamen hoc ut temptaretur culpę ſuę tribuat. ſuamq;
immunditiam ſtatim fletibuſ tergat. IIII. DE ORATIONE.

Hoc eſt remedium eiuſ qui uitiorum temptamentiſ
exeſtuat. Ut quotienſ quolibet tangitur uitio. toti
enſ ad orationem ſe ſubdat. Quia frequenſ oratio. uitio
rum impugnationem extinguit. Tam perſeueranter opor
tet intendere animum noſtrum orando atq; pulſando.
quouſq; importunaſ deſideriorũ carnalium ſugeſtioneſ
quę noſtriſ obſtrepunt ſenſibuſ. fortiſſima intentione
ſuperemuſ. ac tam diu inſiſtere. quouſq; perſiſtendo uin
camuſ. Nam neglegenteſ orationeſ. nec ab ipſo homine

impetrare ualent. quod uolunt. Quando quiſq; orat.
ſanctum ad ſe ſpiritum aduocat. at ubi uenerit. confeſtim
temptamenta demoniorum quę ſe mentibuſ humaniſ
inmergunt. preſentiam eiuſ ferre non ſuſtinenteſ effu
giunt. Oratio cordiſ eſt non labiorum. Neq; enim dep
cantiſ uerba deuſ intendit. ſed orantiſ cor aſpicit. Quod
ſi tacite cor oret & uox ſyleat. quamuiſ hominibuſ la
teat. deo tamen latere non poteſt. qui conſcientię pre
ſenſ eſt. Meliuſ eſt enim cum ſylentio orare corde ſine
uoce. quam ſoliſ uerbiſ ſine intuitu mentiſ. Numquam
eſt ſine gemitu orandum. Nam peccatorum recordatio.
merorem gignit. Dum enim oramuſ. ad memoriam culpā
reducimuſ. & magiſ reoſ tunc noſ eſſe cognoſcimuſ. Ideoq;
cum deo aſſiſtimuſ. gemere & flere debemuſ. reminiſ
centeſ quam grauia ſunt ſcelera quę cōmiſimuſ. et quā
dura inferni ſupplicia quę timemuſ. Menſ qualem ſe in
orationem offert. talem ſe poſt orationem conſeruet.
Nam nichil proficit oratio. ſi denuo cōmittitur. unde
iterum uenia poſtuletur. Ille enim preceſ deſiderabili
effectu ſine dubio percipit. qui quod orando ablui poſ
tulat. delinquendo non iterat. Menſ noſtra celeſtiſ eſt.
& tunc orando deum bene contemplatur. quando nulliſ
terreniſ curiſ. aut erroribuſ impeditur. Apta eſt enim
ad bonum in ſua natura. in aliena uero turbatur. Pura
eſt oratio. quam in ſuo tempore ſeculi non interueni
unt curę. Longe autem a deo eſt animuſ. qui in ora
tione cogitationibuſ ſeculi fuerit occupatuſ. Tunc ergo
ueraciter oramuſ. quando aliunde non cogitamuſ. Sed
ualde pauci ſunt. qui taleſ orationeſ habeant. Et licet
in quibuſdam ſint. difficile tamen ut ſemper ſint. Menſ
quę ante orationem uacat a deo. inlicitiſ cogitationibuſ

occupatur. dum in oratione uenerit. confeſtim illi imagineſ rerum quaſ nuper cogitauit occurrunt. aditumq; p̄ceſ obſtruunt. ne menſ libera ſe ad celeſte deſiderium erigat.

Purganduſ eſt itaq; primum animuſ. atq; a temporalium rerum cogitationibuſ ſegreganduſ. ut pura acieſ cordiſ ad deum uere et ſimpliciter dirigatur. Nam reuera tunc impetranda diuina munera credimuſ. quando ſimplici affectu aſſiſtimuſ cum oramuſ. Multiſ modiſ interrumpitur orationiſ intentio. dum ſe per incuriam uanam mundi ingerit in cuiuſcumq; orantiſ animo. Tunc autem magiſ diaboluſ cogitationeſ curarum ſecularium humaniſ mentibuſ ingerit. quando orantem aſpexerit. Duobuſ modiſ oratio impeditur. ne impetrare quiſq; ualeat poſtulata. Hoc eſt ſi aut quiſq; adhuc mala committit. aut ſi delinquenti ſibi debita non dimittit. Quod geminum malum dum quiſq; a ſemet ipſo abſterſerit. protinuſ ſecuruſ ſtudio orationiſ incumbit. & ad ea quę impetrare precibuſ cupit. m̄tem libere erigit. Qui leditur. non deſiſtat orare pro ſe ledentibuſ. Alioquin iuxta domini ſententiam peccat. qui pro inimiciſ non orat. Sicut nullum proficit in uulnere medicamentum. ſi adhuc ferrum in eo ſit. ita nichil proficit oratio illiuſ cuiuſ adhuc dolor in mente. uel odium manet in pectore. Tantuſ eſſe debet erga deum orantiſ affectuſ. ut non deſperet precū effectū.

Inaniter autem oramuſ. ſi ſpei fiduciam non habemuſ.

Petat ergo ut apoſtoluſ ait unuſquiſq; in fide nichil dubitanſ. Nam qui dubitat. ſimiliſ eſt undę mariſ quę a uento fertur. atq; diſpergitur. Diffidentia naſcitur impetrandi orata. ſi ſe adhuc animuſ ſentiat circa peccandi affectionem uerſari. Non enim poteſt habere precum certam fiduciam. qui adhuc in preceptiſ dei pigritat.

et in peccati recordatione delectatur. Qui a preceptis dei a
uertitur. quod in oratione postulat non meretur. nec
impetrat ab illo bonum quod poscit. cuius legi non obe
dit. Si enim id quod deus precipit facimus. id quod peti
mus obtinebimus sine dubio. Nam scriptum est. sic. Qui
auertit aurem suam ne audiat legem. oratio eius exsecra
bilis erit. ~~multum~~ apud deum. Utraque sibi necessario com
mendatur. ut oratione operatio. & opere fulciatur ora
tio. Unde etiam hieremias ait. Leuemus corda nostra
cum manibus ad deum. Cor enim cum manibus leuat.
qui orationem cum opere subleuat. Nam quisquis orat
& non operatur. cor leuat & manus non leuat. Quisquis
uero operatur & non orat. manus leuat. & cor non leuat.
Sed quia et operari necesse est & orare. bene iuxta utrumque
dictum est. Leuemus corda nostra cum manibus ad do
minum. ne de negligentia mandatorum domini repre
hendamur. dum salutem nostram optinere aut sola o
ratione. aut sola operatione contendimus. Postquam bo
num opus agimus. lacrime orationum fundantur. ut me
ritum actionis humilitas impetret precis. Culpabiliter
manus ad deum expandit. qui facta sua orando iactanter
prodit. Sicut phariseus in templo iactanter orabat. seque
magis quam deum de operibus iustis laudare uolebat.
Quorundam oratio in peccatum conuertitur. sicut de
iuda proditore scribitur. Qui enim iactanter orat. lau
dem appetendo humanam. non solum quia eius oratio
non delet peccatum. sed et ipsa uertitur in peccatum.
Sicut iudei uel heretici qui licet ieiunare & orare uide
antur. eorum tamen oratio non illis ad purgationis pro
ficit meritum. sed mutatur potius in peccatum. Ideo interdum
oratio electorum in pressuris eorum differtur. Uerum dum

afflīgunt.
iusti temporaliter, pro eorum fit salute qui eos affligt.
ut dum illis temporali remedio subuenitur. prauorum
oculi ad conuersionem aperiantur. Unde & trium pu
erorum frigidus ignis fuit. ut nabuchodonosor deum
uerum agnosceret. sicut & propheta in psalmis ait. Prop
ter inimicos meos eripe me. Proinde tardius exaudi
untur quorundam orationes. ut dum differuntur.
fortius excitatae. maioribus premiis cumulentur. Exem
plo pruinarum & repressione messium. in quibus quan
to tardius sata semina exeunt. tanto ad frugem cu
mulatius crescunt. Quotiens orantes non cito exaudi
mur. nostra nobis facta in oculis proponamus. ut hoc
ipsum qđ d offerimus. diuinę reportetur iustitię & cul
pę nostrę. Interdum quod perseuerant orantes non ci
to exaudimur. utilitati nostrę est non aduersitati.
Sepe enim multos deus non audit ad uoluntatem. ut
exaudiat ad salutem. Multi orantes non exaudiuntur.
prouidendo illis deus meliora quam petunt. Sicut con
tingere solet paruulis qui ne in scolis uapulent deum
exorant. Sed non datur illis postulationis effectus. qa
impedit talis exauditio ad profectum. Non aliter qui
busdam contingit electis. Deprecantur enim deum
pro nonnullis uitę huius commodis uel aduersis. Pro
uidentia uero diuina. temporaliter eorum desiderio
minime consulit. quia meliora illis in aeternum promit
tit. Oratio priuatis locis oportunius funditur. magisq;
obtentum impetrat dum deo tantum teste depromitur.
Proprium autem ypochritarum est. offerre se in orati
one uidentibus. Quorum fructus est non deo placere.
sed gloriam ab hominibus comparare. Non in multi
loquio exaudiuntur homines a deo. quasi plurimis

eum uerbiſ conentur inflectere. Neq; enim conciliat eum multiplex orantiſ ſermo. ſed pura ſinceraq; orationiſ intentio. Bonum eſt corde ſemper orare. Bonum etiam & ſono uociſ deū ſpiritualibuſ hymniſ glorificare. Nichil eſt ſola uoce canere. ſine cordiſ intentione. Sicut ait apoſtoluſ. Cantanteſ in cordibuſ ueſtriſ. hoc eſt non ſolum uoce. ſed corde pſallenteſ. Unde & alibi. Pſallam ſpiritu. pſallam & mente. Sicut & orationibuſ regimur. ita pſalmorum ſtudiſ delectamur. Pſallendi enim utilitaſ. triſteſ corde conſolatur. Gratioreſ menteſ facit. faſtidioſoſ oblectat. inherteſ exſuſcitat. peccatoreſ ad lamentum inuitat. Nam quamuiſ dura ſint carnalium corda. ſtatim ut pſalmi dulcedo inſonuerit. ad effectum pietatiſ animoſ eorum inflectit. Dum xpiſtianum non uociſ modulatio ſed tantum uerba diuina quę ibi dicuntur debeant commouere. neſcio quo tam̄ pacto modulatione canentiſ maior naſcitur compunctio cordiſ. Multi enim reperiuntur qui a cantuſ ſuauitate commoti ſua crimina plangunt. atq; ex ea parte magiſ flectuntur ad lacrimaſ. ex qua pſallentiſ inſonuerit dulcedo ſuauiſſima. Oratio in preſenti tantum uita pro remedio peccatorum effunditur. Pſalmorum autē decantatio. perpetuam dei laudem demonſtrat in gloriam ſempiternam. Sicut ſcriptum eſt. Beati qui habitant in domo tua domine. in ſecula ſeculorum laudabunt te. Cuiuſ operiſ miniſterium. quicumq; fideliter intentaq; mente exequitur. quodam modo angeliſ ſociatur.

VIII. De lectione

Orationibuſ mundam̄. lectionibuſ inſtruimur. Utrumq; bonum ſi liceat. Si non liceat meliuſ eſt orare quam legere. Qui uult cum deo ſemper eſſe. frequenter debet orare.

frequenter & legere. Nam cum oramuſ. ipſi cum deo loqui
mur. Cum uero legimuſ. deuſ nobiſcum loquitur. Omniſ
profectuſ. ex lectione & meditatione procedit. Quę enim
neſcimuſ. lectione diſcimuſ. Quę autem didicimuſ. me
ditationibuſ conſeruamuſ. Geminum confert donum.
lectio ſanctarum ſcripturarum. Siue quia intellectum
mentiſ erudit. ſeu quod a mundi uanitatibuſ abſtractū
hominem ad amorem dei perducit. Excitati enim ſepe
illiuſ ſermone ſubtrahimur a deſiderio uitę mundanę.
atq; accenſi in amorem ſapientię. tanto uana ſpeſ mortali
tatiſ huiuſ nobiſ uileſcit. quanto nobiſ ampliuſ legendo
ſpeſ ęterna claruerit. Geminum eſt lectioniſ ſtudium.
Primum quomodo ſcripturę intelligantur. Secundum
qua utilitate uel dignitate dicantur. Erit enim antea
quiſq; promptuſ ad intelligendum quę legit. Sequent̄
idoneuſ ad proferendum quę didicit. Lector ſtrenuuſ po
tiuſ ad implendum quę legit. quam ad ſciendum erit
promptiſſimuſ. Minor enim poena eſt neſcire quod ap
petaſ. quam ea quę noueriſ non implere. Sicut enim le
gendo ſcire concupiſcimuſ. ſic ſciendo quę didicimuſ.
recte implere debemuſ. Lex enim dei & premium ha
bet. et poenam legentibuſ eam. Pręmium in eiſ qui eā
bene uiuendo cuſtodiunt. Poenam uero qui eam male
uiuendo contempnunt. Omniſ qui a preceptiſ dei diſce
dit opere. quotienſ eadem dei precepta legere uel au
dire potuerit. corde ſuo reprehenſuſ confunditur. Quia
id quod non agit memoratur. & teſte conſcientia accu
ſatur. Unde & dauid propheta deprecatur dicenſ. Tūc
non confundar. dum reſpicio in omnia mandata tua.
Grauiter namq; unuſquiſq; confunditur. quando man
data dei uel legendo uel audiendo reſpicit. quę uiuendo

contempnit. Corde enim reprehenditur. dum mandatorū
meditatione docetur. Quia non impleuit opere. quod
diuina didicit iussione. VIIII. De assiduitate legendi.

Nemo potest sensum scripturę sanctę agnoscere. nisi
legendi familiaritate. Sicut scriptum est. Ama illā
& exaltabit te. Glorificaberis ab ea. cum eam fueris ample
xatus. Quanto quisq; magis in sacris eloquiis assiduus fue
rit. tanto ex eis uberiorem intelligentiam capit. Sicut t̄ra
quę quanto amplius excolitur. tanto uberius fructificat̄.
Quanto amplius ad quamlibet artem homo conscendit.
tanto magis ad hominem ars ipsa descendit. Sicut in lege
scribitur. Moyses ascendit in montem. & dominus descen
dit. Uerum est de odio spiritali. quod ille tantum diuino
rum secreta scrutabitur mandatorum. qui ab actione
terrenę curę aduocauerit animum. & sedule familiaritate
scripturis sanctis inheserit. Nam sicut cecus & uidens. po
test quidem uterq; ambulare. sed non consimili liberta
te. Dum cecus pergens quo non uidet. offendat. Uidens ů.
offendicula caueat. & quo sit pergendum agnoscat. Sic
& qui nubilo terrenę curę fuscatur. si temptet dei perscru
tari mysteria non ualet. quia pre caligine curarum non
uidet. Quod ille tantundem efficere ualet. qui sese de
exterioribus seculi curis abstrahit. & totum scripturarū
meditationę defigit. Quidam habent intelligentię
ingenium. sed negligunt lectionis studium. & quod legen
do scire potuerunt. negligendo contempnunt. Quidam
uero sciendi amorem habent. sed tarditate sensus prepe
diuntur. Qui tamen assidua lectione sapiunt. quod
ingeniosi per desidiam non nouerunt. Ingenio tardus
& si non per naturam. per assiduitatem lectionis augm̄
tat. Nam quamuis sensus ebitudo sit. frequens tamen

lectio intelligentiam adhibet. Sicut qui tardus
eſt ad capiendum. pro intentione tamen boni ſtudii
premium percipit. ita qui preſtitum ſibi ex deo inge
nium intelligentię negligit. condempnationi re
us exiſtit. quia donum quod accepit deſpicit. & per
deſidiam relinquit. Quidam dei iudicio donum ſci
entię quod negligunt accipiunt. ut durius de rebus
creditis puniantur. Tardiores autem ideo quod ſcire
cupiunt difficulter inueniunt. ut pro maximo exer
citio laboris. maximum premium habeāt retributi

X. DE DOCTRINA SINE ORIS. GRA

Doctrina sine adiuuante gratia. quamuis infundatur auribus. ad cor num
quam deſcendit. foris quidem perſtrepit. ſed interius
nichil proficit. Tunc autem dei ſermo infuſus auribus
ad cordis ultima peruenit. quando dei gracia mentem
interius ut intelligat tangit. Sicut enim quoſdam flā
ma caritatis ſuę deus illuminat ut uitaliter ſapiant.
ita quoſdam frigidos torpenteſq; deſerit. ut ſine ſenſu
perſiſtant. Plerumq; in acumine intelligendi uiuaces
exiſtunt. ſed loquendi inopia anguſtantur. Quidam uero
in utriſq; pollent. quia & ſciendi copiam. & dicendi effi
catiam habent.

XI. DE SUPBIS LECTORIBUS.

Pleriq; ſcientia accepta ſcripturarum non ad gloriam
dei. ſed ad ſuam laudem utuntur. Dum ex ipſa ſcien
tia extolluntur. & ibi peccant ubi peccata mundare
debuerant. numquam conſecuntur legendo perfec
tam ſcientiam arrogantes. Nam quamuis ſapientes in
ſuperficie uideantur. medullitus tamen ueritatis
archana non tangunt. quia ſuperbię nube prepedi
untur. Semper enim ſuperbi legunt. querunt & nū
quam inueniunt. Diuinę legis penetrabilia humilib⁹

& bene intrantibuſ patent. Prauiſ autem atq; ſupbiſ
clauduntur. Nam quamuiſ diuina eloquia in lecti
one arrogantibuſ ſint aperta. in myſterio tamen
clauſa. atq; occulta ſunt. Dum ſermo dei fidelibuſ
lux ſit. reprobiſ autem ac ſuperbiſ quodam modo
tenebreſcit. Unde illi illuminantur. inde iſti cecant̃.
Nequaquam legem intellegit. XII. De carnalib; lecto
qui carnaliter uerba legiſ percurrit. ſed iſ qui rib;
eam ſenſu interioriſ intelligentię perſpicit. Nam qui
litteram legiſ intendunt. eiuſ occulta penetrare non
poſſunt. Multi enim non intelligendo ſpiritalit̃ ſcrip
turaſ. nec eaſ recte ſentiendo in hereſim deuoluti ſũt.
atq; in multiſ erroribuſ defluxerunt. In ſoliſ fidelib9
religata eſt lex. Teſtante domino per prophetam. Signa
teſtimonium. ſigna legem in diſcipuliſ meiſ. ne eam
aut iudeuſ intelligat. aut hereticuſ. quia non ē xp̄i
diſcipuluſ. Ueritatem quippe paciſ quam xp̄c docuit
non ſecuntur. de qua idem dominuſ dicit. In hoc cogno
cent quia mei diſcipuli eſtiſ. ſi dilectionem inter uoſ
habueritiſ. Scripturaſ heretici ſano ſenſu non ſapiunt.
ſed eaſ ad errorem prauę intelligentię ducunt. Neq;
ſemet ipſoſ earum ſenſibuſ ſubdunt. ſed eaſ peruerſe
ad errorem proprium pertrahunt. Doctoreſ errorũ.
prauiſ perſuaſionibuſ ita per argumenta fraudulenta
illigant auditoreſ. ut eoſ quaſi in laberinto implicent.
a quo exire uix ualent. Tanta eſt hereticorum callidi
taſ. ut falſa ueriſ. malaq; boniſ permiſceant. Salutari
buſq; rebuſ plerumq; erroriſ ſui uiruſ interſerant. quo
faciliuſ poſſint prauitatem peruerſi dogmatiſ ſub ſpecie
perſuadere ueritatiſ. Plerumq; ſub nomine catholi
corum doctorum heretici ſua dicta conſcribunt. ut

indubitanter lecta credantur. Nonnumquam etiam blaſphemiaſ ſuaſ latenti dolo in libriſ noſtrorum inſerunt. Doctrinamq; ueram adulterando corrumpunt. Scilicet uel adiciendo quę impia ſunt. uel auferendo quę pia ſunt. Caute meditando. cautoq; ſenſu probanda ſunt quę leguntur. Ut iuxta monita apoſtolica. et teneamuſ quę recta ſunt. & refutemuſ quę contraria ueritati exiſtunt. Sicq; in boniſ inſtruamur. ut a maliſ illęſi permaneamuſ. XIII. de libriſ gentilium.

Ideo prohibetur xpriſtianiſ figmenta legere poetarum. quod per oblectamenta inanium fabularum. mentē excitant ad incentiua libidinum. Non enim ſolum thura offerendo demonibuſ immolatur. ſed etiam eorum dicta libentiuſ capiendo. Quidā pluſ meditari delectantur gentilium dicta propter tumentem & ornatum ſermonem. quam ſcripturam ſanctam propter eloquium humilem. Sed quid prodeſt mundaniſ doctriniſ proficere. & inaneſcere in diuiniſ. Caduca ſequi figmenta. & cęleſtia faſtidire myſteria. Cauendi ſunt taleſ libri. & propter amorem ſanctarum ſcripturarum uitandi. Gentilium dicta exteriuſ uerborum eloquentia nitent. interiuſ uacua uirtutiſ ſapientia manent. Eloquia aūt ſacra exteriuſ incompta uerbiſ apparent. intrinſecuſ aūt myſteriorum ſapientia fulgent. Unde & apoſtoluſ. habemuſ inquit theſaurum iſtū in uaſiſ fictilibuſ. Sermo quippe dei occultum habet fulgorem ſapientię & ueritatiſ repoſitum in uerborum uiliſſimiſ uaſculiſ. Ideo libri ſancti ſimplici ſermone conſcripti ſunt. ut non in ſapientia uerbi. ſed in oſtenſione ſpirituſ homineſ ad fidem perducerentur. Nam ſi dialetici acuminiſ uerſucia. aut rethoricę artiſ eloquentia ęditi eſſent. nequaquām putaret

fideſ xpiſti in dei uirtute. ſed in eloquentię humanę ar
gumentiſ conſiſtere. Nec quęquam crederemuſ ad fidem
diuino inſpiramine prouocari. ſed potiuſ uerborum cal
liditate ſubduci. Omniſ ſeculariſ doctrina ſpumantib;
uerbiſ reſonat. ac ſe per eloquentiam tumorem attollenſ.
per doctrinam ſimplicem & humilem xpiſtianam euacu
ata eſt. Sicut ſcriptum eſt. Nonne ſtultam fecit deuſ ſapi
entiam huiuſ mundi. faſtidioſiſ atq; loquacibuſ ſcrip
turę ſanctę minuſ propter ſermonem ſimplicem placent.
Gentili enim eloquentię comparata: uidetur illiſ indig
na. Quod ſi animo humili myſteria eiuſ intendant. con
feſtim aduertunt quantum excelſa ſunt quę in illiſ deſpi
ciunt. In lectione. non uerba ſed ueritaſ eſt quęrenda.
Sepe autem reperitur ſimplicitaſ ueridica. & compoſita
falſitaſ quę hominem ſuiſ erroribuſ illicit. & per linguę orna
menta laqueoſ dulceſ aſpergit. Nichil aliud agit amor mun
danę ſcientię. niſi extollere laudibuſ hominem. Nam quantū
maiora fuerint litteraturę ſtudia: tanto animuſ arrogan
tię faſtu inflatuſ. maiori intumeſcit iactantia. Unde et
bene pſalmuſ ait. Quia non cognoui litteraturam. intro
ibo in potentiaſ domini. Simplicioribuſ litteriſ. non eſt
preponenduſ fucuſ grammaticę artiſ. Melioreſ enim ſt
communeſ litterę (et) quam ſingulareſ (plicioreſ). & ad ſolam humili
tatem legentium pertinenteſ. Ille uero nequioreſ quę inger
hominibuſ perniciosam meritiſ elationem. Melioreſ eſſe
grammaticoſ quam hereticoſ. Heretici enim auſtum leti
feri ſucci hominibuſ perſuadendo propinant. Grammati
corum autem doctrina poteſt etiam proficere ad uitam. dū
fuerit in melioreſ uſuſ aſſumpta. XIIII. De collatione eu ſit utilis.

Cum ſit utiliſ ad inſtruendum lectio. adhibita autē
collatione maiorem intelligentiam prebet. Meliuſ

est conferre quam legere. Conlatio docilitatem facit. Nā
propositis interrogationibus cunctatio rerum excludit.
Et sepe obiectionibus latens ueritas abprobatur. Quod
enim obscurum est aut dubium conferendo cito per
cipitur. Multum prosunt in conlatione figurę. Res enī
quę minus per se aduertuntur. per comparationē rerū
facile capiuntur. Nam sepe sub specie alia spiritales causas
scripturę diuinę insinuant. & nisi per aliquam euiden
tem ostensionem uix apparent occulta legis mysteria.
Sicut instruere solet conlatio ita contentio destruit.
Haec enim relicto sensu ueritatis lites generat. & pugnan
do uerbis etiam in deo blasphemiam. Inde hereses & scis
ma quibus subuertitur fides. ueritas corrumpitur. scin
ditur caritas. Contentiosorum studium non pro uerita
te. sed pro appetitu laudis certat. Tantaq; est in his per
uersitas ut ueritati cedere nesciant. Itaq; rectam doc
trinam euacuare contendant. In disputatione fidelium.
cauenda est propositionum artificiosa subtilitas. quę calli
dis obiectationibus retia tendit. Ita enī uersutis assertio
nibus prauorum disputatio innodatur. ut recta esse simu
lent quę peruersa suadent. Lectio memorię auxilio eget.
Quod si fuerit naturaliter tardior. frequenti tamē medita
tione acuitur. ac legendi assiduitate colligitur. Sepe pro
lixa lectio longitudinis causa memoriam legentis ob
litterat. Quod si breuis sit submotoq; libro sententia retractetur
in animo. tunc sine labore legitur. & ea quę lecta sunt
recolendo memoria minime excidunt. Acceptabili
or est sensibus lectio tacita quam aperta. Amplius enim
intellectus instruitur. quando uox legentis quiescit. &
sub silentio lingua mouetur. Nam clare legendo corpus
lassatur. & uocis acumen obtunditur.

a Actiua uita: innocentia est XII. De contemplatione et actione
operum bonorum. Contemplatiua: speculatio supernorum.
Illa communis multorum est. Ista uero paucorum est.
Actiua uita: mundanis rebus bene utitur. Contemplatiua
uero: mundo renuntians. soli deo uiuere delectatur.
Qui prius in actiua uita proficit: ad contemplationem
bene conscendit. Merito enim in ista sustollitur: qui in
illa utilis inuenitur. Quicumque adhuc temporalem glo
riam. aut carnalem affectat concupiscentiam. a contem
platione prohibetur. ut positus in actualis uitę opera
tione purgetur. In ista enim prius per exercitium boni
operis cuncta exaurienda sunt uicia. ut in illa iam pura
mentis acie ad contemplandum deum quisque pertranseat.
Et licet conuersus statim ad contemplationem conscende
re cupiat: tamen cogitatione cogitur. ut prius in actiuę
uitę operatione uersetur. Exemplum enim actiuę uitę
de iacob sume. qui dum ad rachel hoc est ad uisum
principium destinaret quę contemplationem significat:
lia illi hoc est laboriosa uita subponitur. quę actiuam de
monstrat. Sicut sepultus ab omni terreno negocio priuatur.
ita et contemplatione uacans ab omni occupatione actu
ali auertitur. Et sicut ab actuali uita conscendentes in
contemplationis quiete sepeliuntur. ita ab actione seculi
recedentes. eos uita actiua in se quasi sepeliendo suscipit.
Ac per hoc uitę mundanę actiua uita. et uitę actiuę
contemplatiua sepulchrum est. Uiri sancti sicut a secreto
contemplationis egrediuntur ad publicum actionis: ita
rursus ab actionis manifesto ad secretum contemplationis
intimę reuertuntur. ut intus deum laudent ubi acceperunt
unde foris ad eius gloriam operantur. Sicut aquilę moris
est semper oculum in radium solis infigere. nec flectere nisi

eſcę ſolius obtentu. ita ſancti a contemplatione ad actualē
uitam interdum reflectuntur. Conſiderantes illa ſumma
ſic eſſe utilia. ut tamen iſta humilia ſint, paululum noſtrę
indigentię neceſſaria. In actiuę uitę genere. humana inten
tio perſeueranter intendit. In contemplatione autem ſe per
interualla reſumit. quia diuturnitate contemplandi laſ
ſatur. Uiſio animalium quę in ezechiele ibant & non re
uertebantur. pertinet ad uitę actiuę perſeuerantiam.
E t iterum ea animalia quę ibant & reuertebantur. ptinet ad
contemplatiuę uitę menſuram. In qua dum quiſq; inten
derit. ſua reuerberatus infirmitate reflectitur. Atq; ite
rum renouata intentione. ad id unde deſcenderat. Rurſus
erigitur. quod fieri in actiua uita non poteſt. De qua ſi quiſq;
reflectatur. uel ad modicum ſtatim uitiorum excipitur
luxu. Oculum dextrum ſcandalizantem quem euelli
dominus precepit. uitā contemplatiuā eē. Duo oculi in
facie. actiua uita & contemplatiua in homine. Qui igitur
per contemplationem docebit errorem. melius ſi euellit cō
templationis oculum. ſeruans ſibi unum uitę actualis obtu
tum. ut ſit utilius illi per ſimplicem actionem ire ad uitā.
quam per contemplationis errorem mitti in gehennam.
S epe mens ad ſūma ab imis erigitur. Et ſepe a ſūmis ad in
fima pondere carnis inclinata reflectitur. Multos deus
ex carnalibus ſua gracia uiſitat. & ad contemplationis faſ
tigium eleuat. Multosq; ad contemplationem iuſto iu
dicio deſerit. & lapſos internis operibus derelinquit.

E a quę seculi **XVI. De contēptorib; mundi.**
amatoribus cara ſunt. ſancti uelut aduerſa refugiunt.
Plusq; aduerſitatibus mundi gaudent. quam proſpe
ritatibus delectantur. Alienos eſſe a deo. quibus hoc ſecu
lum ad omne commodum prosperatur. Serui autē dei

cuncta huiuſ mundi contraria ſunt. ut dum iſta aduerſa
ſentiunt. ad cęleſte deſiderium ardentiuſ excitentur.
Magna apud deum refulget gracia. qui huic mundo cō
temptibiliſ fuerit. Nam reuera neceſſe eſt ut quē mun
duſ odit. diligatur a deo. Sanctoſ uiroſ in hoc ſeculo
peregrinoſ eſſe & hoſpiteſ. unde & reprehenditur petruſ
quod tabernaculum in monte fieri cogitauit. Quia ſciſ
in hoc mundo tabernaculum non eſt. quibuſ patria &
domuſ in celo eſt. Sancti uiri ideo contempnere cupi
unt mundum. & motum mentiſ ad ſuperna reuocare.
ut ibi ſeſe colligant unde fluxerunt. & inde ſubtrahant.
ubi diſperſi ſunt. Iuſti qui rebuſ honoribuſq; ac uitę blan
dimentiſ renunciant. proinde ſe ab omni terrena poſſeſ
ſione mortificant. ut deo ſoli uiuant. Ideoq; ſeculi huiuſ
blandiciaſ calcant. ut ualidioreſ ad uitam illam de huiuſ
uitę mortificatione conſurgant. Cuncta quippe tempora
lia quaſi herbę uirenteſ areſcunt. & tranſeunt. Ideo pro
ęterniſ rebuſ quę numquam areſcunt. recte iſta ſeruuſ
dei contempnit. quia in eiſ ſtabilitatem non aſpicit. Qui
poſt renuntiationem mundi ad ſupernam patriam ſciſ
deſideriiſ inhiat. ab hac terrena intentione quaſi quibuſdam
penniſ ſubleuatuſ erigitur. & in quo lapſuſ erat per gemi
tum conſpicit. & ubi peruenerit. cum gaudio magno in
tendit. Qui uero a contemplationiſ requie reflexuſ
in curiſ huiuſ ſeculi incidit. ſi ad memoriam ſui reuertatur.
protinuſ ingemiſcit. Quantumq; fuerint tranquilla quę
perdidit. & quam confuſa ſint in quibuſ cecidit. ex ipſa
ſui difficultate cognoſcit. Quid enim in hac uita labo
rioſiuſ quam terreniſ deſideriiſ ęſtuare. Aut quid hic ſe
curiuſ quam nichil appetere. Qui enim hunc mundū diligunt.
turbulentiſ huiuſ curiſ & ſollicitudinibuſ conturbantur.

Qui autem eum odiunt nec secuntur. interne quietis tran
quillitate fruentes. future pacis requiem quam illuc ex
pectant hic quodam modo habere iam inchoant.
Sancti uiri funditus se XIII. De seis qui a consortio seculi separant
seculo renuntiantes. ita huic mundo moriuntur.
ut soli deo uiuere delectentur. Quantoque ab huius se
culi conuersatione se subtrahunt. tanto interne mentis
acie presentiam dei et angelice societatis frequentiam
contemplantur. Malorum tam praua sunt opera ma
nifesta. ut hi qui supernam patriam desiderant. non so
lum mores eorum sed et consortia fugiant. Quidam
etiam corporaliter separari desiderant ab iniquis. ut in eo
rum non inuoluantur delictis. Nonnulli et si non corpo
raliter. spiritali tamen discessu ab eis intentione recedunt.
cuersatione. Qui et si communes sunt. discreti tamen sunt corde uel opere.
Et licet sepe in medio carnalium uitam deus protegat
electorum tamen satis rarum est ut quisquis inter seculi
uoluptates positus. a uitiis maneat illibatus. In quibus
et si non cito implicetur. aliquando tamen attrahitur.
Neque enim diu tutus esse potest qui periculo proximus est
uia sine offendiculo. Uita monachi sine cupiditate et ti
moris impedimento. Dum enim quisque a consortio mundi
abstrahitur. nec cupiditas eum obligat consentientem.
nec cruciat sentientem. Bonum est corporaliter remotum
esse a mundo. sed multo melius est uoluntate. utrumque
uero perfecte. Ille uero perfectus est qui huic seculo et
